Rest. J. Wyżgi 1933

[illegible]olaus et Jacobus fr(atr)es [illegible] Henr(ici) de paltronib(us) [illegible] Magdalena	f. 29 d. x [illegible]	[illegible]	d
[illegible]colaus et frat(re)s p(re)d(i)c(t)i	f. 160 d.	[illegible]	[illegible] d
[illegible]colaus de Radixono strac(ciarius) [illegible] Mag[illegible]	f. 11 d. xx	[illegible]	d
[illegible]colaus Jeminiani pellipari(us) [illegible]	f. 23 d.	[illegible]	d
Colinus Petri de Mongetia de Vangriana	f. 9 d.	[illegible]	d
[illegible]mes Bloyon de Torcello habitat(or) [illegible]	f. 87 d.	[illegible]	[illegible]
[illegible]minus Carabin becharius [illegible]	f. 172 d.	[illegible]	[illegible]
[illegible]colaus de Radixone strac(ciarius) [illegible] Magd[illegible]	f. 11 d.	[illegible]	[illegible]
[illegible]minus Carabin becharius [illegible]	f. 172 d.	[illegible]	[illegible]
[illegible] sartor [illegible]	f.	[illegible]	[illegible] d
[illegible]		[illegible]	d [illegible]
[illegible]	f. 8 d.	[illegible]	d
Colinus [illegible] de [illegible]	f. 80	[illegible]	d
[illegible]	f.	[illegible]	[illegible]
[illegible]colaus [illegible]	f. [illegible] d.	[illegible]	d
[illegible]colaus [illegible]	f. 19 d.	[illegible]	[illegible]
[illegible] de Baldemo [illegible]	f. 19 [illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	f. 29 d.	[illegible]	[illegible]
[illegible]minus Carabin becharius [illegible]	f. 197 d.	[illegible]	[illegible]
[illegible]	f. 294 d.	[illegible]	[illegible]
[illegible]	f. 147 d.	[illegible]	[illegible] d
[illegible]	f. 314 d.	[illegible]	d
[illegible]olaus [illegible] filius Roberti de Lombardis [illegible]	f. 307 d.	[illegible]	[illegible] d

Stephanus [illegible]

[illegible] argumentum [illegible]
[illegible]
[illegible] sacerdote [illegible]

[illegible] argumentum [illegible]

N. Inv. 520.

Rhetorica quædam Præcepta
D. R[illegible] de Ca[illegible] Heverorum

et dispositionis perceptio. Pronunciatio est vocis vultus et gestus moderatio cum venustate. Hec omnia tribus modis assequi poterimus scilicet arte imitatione et exercitatione. Ars est preceptio que dat certam viam rationemque dicendi. Imitatio est qua impellimur cum diligenti ratione ut aliquorum similes in dicendo esse valeamus. Exercitatio est assiduus usus consuetudoque dicendi.

Quoniam igitur demonstratum est quas causas oratorem recipere debeat oporteat quasque res hec conveniat. Nunc quemadmodum ad orationem possit officia oratoris accomodari videtur.

Inventio in sex partes dividitur. Exordium narrationem divisionem confirmationem confutationem et conclusionem. Exordium est initium orationis per quod animus auditoris vel iudicis constituitur vel apparatur ad audiendum. Narratio est rerum gestarum aut proinde gestarum expositio. Divisio est per quam aperimus quid conveniat nobis et quid in controversia sit et per quam exponimus res de quibus sumus acturi. Confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseveratione. Confutatio est contrariorum locorum dissolutio. Conclusio est artificiosus terminus orationis. Nunc quoniam una cum oratoris officiis quo res cognitu facilior esset producti

sumus ut de oracionis partibus loqueremur et eas ad inuencionis racionem accomodaremus de exordio primo dicendum esse uidetur. Causa posita quo comodius exordiri possimus genus cause considerandum est.

Genera

Genera causarum sunt quatuor honestum turpe dubium et humile. Honestum cause genus conputatur cum aut id deffendimus quod ab omnibus deffendendum esse uidetur. Aut id impugnamus quod ab omnibus uidetur oppugnari debere ut pro bono forti uiro contra parricidam. Turpe genus intelligitur cum aut honesta res oppugnatur aut defenditur turpis. Dubium genus est quod in se habet honestatis et turpitudinis partem. Humile genus est cum contempta res anteferatur. Cum hec ita sint conuenit exordiorum racionem ad cause genus accomodari.

parricida

Exordiorum duo sunt genera principium quod grece prohemium appellatur. Et insinuatio que epodos nominatur. Principium est cum statim auditoris animum nobis ydoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur ut attentos ut dociles ut beniuolos auditores habere possimus. Si genus cause dubium habebimus a beniuolencia principium constituemus ne quid illa pars turpitudinis nobis obesse possit. Si humile cause genus erit faciemus attentos

prohemium

Si humile

Si turpe cause genus erit tunc insinuacione utend(um)
erit de qua posterius dicemus nisi quid nacti erimus
quo adversarios criando beniuolentiam captare possi-
mus. Si honestum genus erit tunc licebit recte uti
uel non uti principio. Si uti uolemus aut id oporte-
bit ondere quare causa sit honesta aut breuiter quibus
de rebus sumus dicturi exponere. Si principio uti
uolemus a lege aut a scriptura aut ab aliquo
firmissimo nostre cause adiumentum principium cape-
re oportebit. Quoniam igitur docilem beniuolum
aut attentum auditorem uolumus habere quomodo
unumquodque confici possit aperiemus.

Dociles auditores habere poterimus si summam
cause breuiter exponemus et sic attentos
eos faciemus. Nam docilis est is qui attente uult audire.

Attentos habebimus si pollicemur nos de rebus
magnis nouis et inusitatis uerba facturos
aut de rebus his que ad rem publicam pertinent aut ad
eos ipsos qui audiunt aut ad deorum inmortalium
religionem et pietatem aut et si rogabimus ut atten-
te audiant et si numero exponemus res de quibus dicturi sumus.

Beniuolos auditores facere quatuor modis
poterimus a nostra persona ab aduersariorum
nostrorum persona ab auditorum persona et a rebus

Sine arrogantia

[illegible marginal annotations]

aut in re publica

[illegible marginal annotations]

ipis. A nra persona beniuolenciam contrahemus si nostrum officium sine arrogancia laudabimus aut in re publica quales fuerimus. aut in parentes aut in amicos. aut in eos ipos qui audiunt seruicium aliquod referemus dum hec omnia ad eam ipam rem de qua agitur sint accomodata. Item si nostra incommoda proferemus si inopiam solitudinem calamitatem et si rogabimus ut nobis sint auxilio simul ostendemus nos in alijs spem noluisse here. Ab aduersariorum nostrorum persona beniuolencia captabit si eos in odium in inuidiam contemptionem adducemus. In odium rapiemus si quod eorum uel spurce uel superbe perfidiose crudeliter confidenter malitiose flagitiose factum proferemus. In inuidiam trahemus si vim potenciam factionem diuicias continentiam nobilitatem clientelas hospicium sodalitatem affinitates aduersariorum proferemus. Ab auditorum persona beniuolencia colligetur si res eorum fortiter mansuete et magnifice iudicatas proferemus si qua de his extimatio et que iudicij expectacio sit apperiemus. A rebus ipis beniuolum efficiemus auditorem si nostram causam laude extollemus et aduersariorum per contemptum condempnemus deinceps de insinuatione dicendum est.

In pris aut in amicos

De mor. soli. cala.

In alijs spem

In odium

In inuidiam

Ab auditorum

Solitudinem

Calamitas

Invexsion

ambiguo

Superaria ex alia pte

Docet quomodo insinuare debeamus cum turpem causam habuerimus

Tria sunt tempora quibus principio uti non possimus. que diligenter consideranda sunt. Aut cum turpem causam habemus hoc est cum ipsa res animum auditoris a nobis alienat. Aut cum animus auditoris persuasus esse uidetur ab his qui ante dixerunt. Aut cum defessus est audiendo eos qui ante dixerunt. Si causa turpitudinem habebit exordiri poterimus his rationibus rem non hominem aut hominem non rem, non rem hominem non hominem spectari oportere, non placere nobis ipsis que facta dicantur ab aduersariis et esse indigna aut nefaria. deinde cum diu rem auxerimus nihil simile a nobis factum ostendemus. Aut aliquorum iudicium de simili causa aut de eadem aut de minore aut de maiore proferemus, deinde ad nostram causam pedentim accedemus et similitudinem conferemus. Item si negabimus nos de aduersariis aut de aliqua re dicturos et tamen occulte dicemus interiectione uerborum. Si persuasus auditor fuerit, idest si oracio aduersariorum fecerit fidem auditoribus (neque enim non facile scire poterimus quoniam non sumus nescii quibus rebus fides fieri soleat) ergo si fidem factam esse putabimus his rebus insinuabimus ad causam de eo quod aduersarii dicto exordiemur. et ab eo maxime quod nuperrime

Si aduersarii firmissimum sibi adiumentum putarint primum nos dicturos pollicebimur aut

Principium exordii

Ex dubitatione

Apologo

dixerit aut dubitatione utemur quod potissimum di-
camus aut cui loco primum respondeamus cum admi-
ratione. Si fessi erunt audiendo ab aliqua que risum
movere possit exordiemur ab apologo a fabula veri si-
mili imitatione depravatione suspicione irrisione stul-
ticia superatione collectione literarum imitatione pro
expectatione similitudine novitate historia versu
aut ab alicuius interpellatione aut arrisione et si
promisimus aliter ac pati fuerimus nos ee dicturos
non eodem modo ut ceteri solent verba facturos quid
alii soleant quid nos facturi breviter exponemus.

Fabula

Imitatio

Historia

Inter insinuationem et principium hoc in-
terest: nam principium eiusmodi debet
ee ut statim apertis rationibus quibus prescripsimus
aut benivolum aut docilem aut attentum faciamus
auditorem. At insinuatio eiusmodi debet ee ut occul-
te per dissimulationem eadem illa omnia conficiamus
ut in eandem comoditatem in dicendi opere venire
possimus. Verum hee tres utilitates tam et si in tota
oratione sunt comparande hoc est ut auditores sese perpetuo
nobis attentos dociles et benivolos prebeant tamen id per
exordium oe maxime comparandum est.

Nunc ne quando vicioso exordio utamur que
vicia sunt vitanda docebo. In exordienda

causa seruandum est ut leuis sit sermo ut usitata uerborum consuetudo ut non apparata oro ee uideatur. Uiciosum exordium quod in plures causas pt accomodari quod uulgare dicatur. Item uiciosu est quod nimium uerbis apparatis est conpositu aut nimium longum est. Et quod non ex ipsa causa natu uideatur et quod separatum uocatur in quo etiaz translatum concluditur ut proprie cohereat tn sentia narracionis et quod neq beniuolum neqz docilem neqz attentum faciat auditorem. At de exordio satis dictum est deinceps ad narracionem transeamus

Item uiciosum est quo aduersarius nichilominus potest uti quo que aptatur Item aliud quo aduersarius equo potest uti quod immutabile appellatur

Narracionum tria sunt genera. Unum quo exponimus rem gestam et unuqdqz trahimus ad nostram utilitatem uicendi ca quod ptinet ad eas causas de quibus iudicium futurum est. Alterum genus est narracionis quod intercurrit non nuq aut fidei aut criminacionis aut transicionis aut alicuius apparacionis aut laudacionis ca. Tercium genus est id quod a causa ciuili remotum est in quo tn exerceri conuenit quo comodius illas superiores narraciones in causis tractare possimus. Eius narracionis duo sunt genera unum quod in negocijs alterum quod in personis positum est. Id quod in negociorum exposicione ponitur tres ht partes fabulam historiam et argu-

Fabula est que nec ueras nec uerisimiles res continet ut hec sunt que a tragedis tradita sunt. Istoria est res gesta sed ab etatis nostre memoria remota. Argumentum est ficta res que tamen fieri potuit ueluti argumentum comediarum. Illud genus narracionis quod in personis positum est debet habere sermonis festiuitatem animorum dissimilitudinem grauitatem leuitatem spem metum suspicionem desiderium dissimulacionem misericordiam rerum uarietates fortune comutacionem insperatum incomodum subitam leticiam iocundum exitum rerum. Uerum hec omnia in exercendo transigentur. Illud quod ad ueritatem pertinet quo tractari conueniat aperiemus.

Tres res conuenit habere narracionem ut sit breuis dilucida et uerisimilis. Que quoniam oportere fieri scimus quemadmodum faciamus cognoscendum est.

Rem breviter

Rem breuiter narrare poterimus si inde incipiemus narrare unde necesse erit et si non ab ultimo initio repetere uolemus et si summatim et non particulatim narrabimus et si non ad extremum sed eo usque opus erit prosequemur et si transicionibus nullis utemur et si non decrabimus ab eo quod ceperis exponere et si exitus rerum ita exponemus ut ante que facta sint sciri possint tamen et si nos reticuerimus quod genus est si dicam me ex prouincia rediisse profectum

Repletus venter non studet libenter

quoque in provinciam intelligatur. Et omnino non modo id quod obest sed etiam quod non obest neque prodest neque iuvat satius est preterire et ne bis aut sepius idem dicamus hoc modo ab athenis megaram vesperi advenit simo ubi advenit fecit insidias virgini insidias postquam fecit vim in loco attulit.

Rem dilucide narrabimus sicut quicquid gestum primum erit ita primum exponemus et si rerum ac temporum ordinem conservabimus ut geste res erunt aut potuisse geri videbuntur et hic erit considerandum ne quid perturbate ne quid nove ne quid contorte ne quid ambigue dicamus neque in aliam rem transeamus ne ab ultimo repetamus ne longe prosequamur ne quid quod ad rem pertineat pretereamus et si sequemur ea que de brevitate precepta sunt. Nam quo brevior est eo dilucidior et cognitu facilior narratio fiet.

Veri similis narratio erit si ut mos ut opinio ut natura postulat dicemus si spacia temporum personarum dignitates consiliorum rationes locorum opportunitates constabunt ne refelli possit aut temporis parum fuisse aut causam nullam aut locum ydoneum non fuisse aut homines ipsos facere aut pati non potuisse. Si vera res erit nihilominus hec omnia

ambigue

narrando seruanda sunt nam sepe ueritas nisi hec ser-
uata sint fidem non pot facere ~~si non erunt facta~~ Sin erunt ficta
multo magis hec erunt conseruanda. De his rebus
caute confligendum est quibus in rebus tabule aut
alicuius summa auctoritas uidebitur interfuisse. Ad-
huc que dicta sunt arbitror mihi constare cum ceteris
artis scriptoribus nisi que de insinuatione noua cogita-
uimus quod eam soli preter ceteros in tria tempora di-
uiserimus ut plane certam et perspicuam uiam rationem
exordiorum habere possimus. Nunc quod reliquum est
quoniam de rerum inuentione disputandum est in qua sin-
gulare consumitur oratoris officium dabimus operam
ut nihilominus industrie quam rei utilitas postula-
bit quesiuisse uideamur si prius pauca de diuisione causarum
dixerimus.

Causarum diuisio in duas partes distributa
est. Primum perorata oratione debemus aperire
quid nobis conueniat cum aduersariis si ea que utilia
nobis erunt conueniant et quid in controuersia re-
linquatur hoc modo. Interfectam esse ab horeste matrem
conuenit mihi cum aduersariis. iure ne id fecerit et
licuerit ne ei facere in controuersia id est. Item econ-
trario agamenonem esse a clitemestra occisum fatentur
cum id sit ita me ulcisci parentem oportuisse negant

Deinde cum hoc fecerimus distributione utendū erit. Ea diuiditur in duas partes enumeracionē et exposicionem. Enumeracione utemur cum dicamus quod nūo de rebus dicturi sumus. ea plus q̄ trium parcium nūo ēē nō debet. Nam periculosum est ne quando plus minusue dicamus. Et suspicionem affert auditori meditacionis et artificii que res fidem abrogat oratori uel oroni. Exposicio est cum res de quibus dicturi sumꝰ exponimus breuiter et absolute. Nunc ad confirmacionem transeamus.

Nota spes uincendi ratioq̄ persuadendi posita in confirmatione et confutatione. Nā cum adiumenta nr̄a exposuerimus contrariaq̄ dissoluerimus absolute in mirum munus oratorium confecerimus. utrumq̄ igitur facere poterimus si constitucionem ēē cognouerimus.

Constitutiones causarum alii q̄tuor fecerunt noster hermestes tres putauit ēē nō ut de illorum quicq̄ detraheret inuentione sed ut ostenderet id quod oportuisset simpliciter et singulari modo docere illos distribuisse dupliciter et bipartito. Constitutio est prima deprecatio deffensoris cum accusatoris insimulatione coniuncta. Constitutiones itaq̄ ut ostendimus tres sunt coniecturalis legitima et iudicialis.

Coniecturalis constitutio est cum de facto controuersia est hoc modo. Aiax in silua postquam rex sciuit que fecisset per insaniam gladio incubuit. Vlixes interuenit occisum conspicatur corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit cum fratrem occisum et inimicum fratris cum gladio cruentato uidit capitis arcessit. hic quoniam coniectura uerum queritur de facto erit controuersia et ex eo constitutio causa coniecturalis nominatur.

Legitima constitutio est cum in scripto aut ex scripto aliquid controuersie nascitur. Ea diuiditur in partes sex scriptum et sententiam leges contrarias ambiguum diffinitionem translactionem et rocinationem.

Ex scripto et sententia controuersia nascitur cum uidetur scriptoris uoluntas cum scripto ipso dissentire hoc modo. Si lex sit que iubeat eos qui propter tempestatem nauem relinquerint omnia perdere et eorum nauem esse cetera que in naui sunt si nauis conseruata sit qui remanserunt in naui. Magnitudine tempestatis omnes preteriti nauim relinquerunt. In scapham conscenderunt preter unum egrotum. Is propter morbum exire et fugere non potuit casu fortuitu nauis in portum incolumis delata est. Egrotus possidet illam nauim. petit ille cuius fuerat hec constitutio.

est legitima ex scripto et sententia

Ex contrariis legibus controversia constat cum una lex iubet aut permittit alia vetat quidpiam fieri hoc modo lex vetat eum qui de pecuniis repetundis condempnatus sit in contione orationem habere. Alia lex iubet augurem in demortui locum nominavit petitur ab eo in multa. Ista constitutio est legitima ex contrariis legibus

Ex ambiguo controversia nascitur cum scriptum duas aut plures sententias significat hoc modo pater familias cum filium heredem faceret testamento vasa argentea uxori legavit. Tulius heres meus Terencie uxori mee xxx pondo ~~argentea~~ vasorum argentorum dato que volet post mortem eius vasa preciosa et cellata magnifice petit mulier Tulius se que ipse vellet in xxx pondo debere ei dicit constitutio et legitima et ambiguo

Ex diffinicione causa constat cum inde in controversia est quo nomine factum appellatur. Ea est huiusmodi cum lucius saturninus legem furmentariam de semissibus et trientibus laturus esset Cepio qui per id tempus questor urbanus erat docuit senatum erarium pati non posse tantam largicionem Senatus decrevit si eam legem ad populum

SEMIBUS

ferat aduersus rem publicam iudicii eum facere. Saturinus ferre cepit college intercedere nihilominus ille castellam detulit. Cepio et cont intercedentibus collegis et aduersus rem publicam ferre uidit cum uiris bonis impetum fecit potens destruebat cistas deicat impedimento est quo secius lex feratur arcessitur cepio magestatis constitucio legitima est ex diffinicione uocabulum cum queritur quid sit minuere magestatem

Ex translacione controuersia nascitur cum aut tempus differendum aut accusatorem mutandum aut iudices mutandos reus dicit. Hac parte constitucionis greci in iudiciis nos in iure ciuili plerumque utimur ut hoc modo. Si quis peculatus accuset quod uasa argentea publica de loco priuato dicatur sibstulisse possit dicere cum diffinicione sit usus quid sit furtum quid peculatus secum furti agi non peculatus oportere. Hec particio legitime constitucionis his de causis raro uenit in iudicium quod in priuata actione pretorie excepciones sunt et causa cadit is qui non quemadmodum oportet egerit et in publicis questionibus cauent legibus ut ante si reo comodum sit iudicium de accusatore fiat utrum liceat ei accusare necne

Ex raciocinacione controuersia constat cum res

sine propria lege uenit in iudicium quo tamen ab aliis
legibus similitudine quadam nuncupatur. Et huius
modi lex est si furiosus existet agnatorum gentiliumque
in eo pecuniaque potestas esto. Est lex qui parentem necasse
iudicatus erit is obuolutus et obligatus corio deue
hatur in profluentem. Et est lex si pater familias intestatus
moritur pecunia familiaque eius agnatorum genti
liumque esto. Et est lex pater familias uti pecuniae sup
familia legauerit ita ius esto. Malleolus iudicatus
est matrem necasse eo quod dampnato statim folliculo
lupino os inuolutus est et soleae ligneae in pedibus du
ctae sunt et in carcerem ductus est. Qui deffendebat
eum tabulas affert in carcerem testamentum ipso presente
conscribunt testes rite affuerunt de eo supplicium
paulo post sumitur. Hii qui heredes erant testamento
hereditatem adeunt. frater minor maleoli qui eum
oppugnauerat in eius periculo suam uocat heredi
tatem lege agnationis hic certa lex in rem nullas
affertur et tamen multae afferuntur ex quibus ratio
cinatio nascetur quare potuerit aut non potuerit aucto
ritate testamentum facere. Constitutio est legitima ex ratio
cinatione. Quoniam huiusmodi partes essent legi
timae constitutionis ostendimus nunc de constitu
tione iudiciali dicamus.

MALEOLUS IUDICATUS

Lege Agnationis

Cuiusmodi partes quales et quot

Iudicialis institutio est cum factum convenit sed iure an iniuria factum sit queritur. Eius constitutionis partes sunt due quarum una absoluta altera assumptiva nominatur.

Absoluta est cum id ipsum quod factum est ut nihil aliud modi. Minus quidam nominatim accium poetam compellavit in cenaculo meo actus iniuriarum agit hic nihil aliud deffendit quam nominare licere eum cuius nomine scripta dentur agenda.

Assumptiva pars est cum per se deffensio infirma est, sed assumpta extractia re comprobatur. Assumptive partes sunt quatuor concessio remotio criminis translacio et criminis comperacio.

Concessio est cum reus postulat sibi ignosci ea dividitur in purgationem et deprecationem. Purgacio est cum consulto negat se reus fecisse. Ea dividitur in prudenciam fortunam necessitudinem. Inprudencia ut ille qui de illo servo qui dominum occiderat supplicium sumpsit cui frater esset ante quam tabulas testamenti apperuerit cum his servus testamento manumissus esset. Fortunam ut cepio ad tribunum plebis tempore pluvie de exercitatus admissione. Necessitudine ut ille qui ad diem comeatus non venit quod eum aque introduxissent.

Deprecatio est cum et peccasse et consulto fecisse confitetur reus et tamen postulat ut sui misereatur. Hec in iudicium non potest usu fere uenire nisi quando pro eo dicimus cuius multa recte facta constant. hoc modo loco comuni per amplificationem incidemus: quod si hoc fecisset tamen ei pro pristinis beneficiis ignosci conueniret uerum nihil postulat ignosci ergo in iudicium non uenit aut in senatum cum ad imperatorem et in consilium talis causa potest uenire.

Ex translatione criminis causa constat cum fecisse nos non negamus sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus ut Horestes cum se deffendit in matrem confert crimen.

Ex remotione criminis causa constat cum a nobis non crimen sed culpam ipsam amouemus et uel in hominem transferimus uel in quempiam conferimus. In hominem transfertur ut si accusetur is qui publium sulpicium fatetur se occidisse et id iussu consulum se deffendat et eos dicat non modo imperasse sed rationem quoque ostendisse quare id facere liceret. In rem confertur ut si ex testamento quod facere iussus sit ex plebiscito uetetur.

Ex comparatione causa constat cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere. Ea est huiusmodi

Gaius pompilius cum a galis obsideretur neque fugere ullo
modo posset uenit cum hostium ducibus in colloqu-
cionem ita discessit ut ut impedimenta relinqrent
et exercitum abduceret. Satius ee dixit admitere ipe-
dimenta q exercitum cum exercitum eduxit impedi-
menta reliquit arcessitur magestat. Que constitu-
tiones et constitutionum partes sint ut uideor ostendisse.
Nunc quomodo eas et qua uia tractari conueniat de-
mostrandum est si prius aperiemus quid opporteat ab
ambobus in causa destinari quo ratio comunis totius
orationis conferatur. Constitutione igitur statim repta
querenda est ratio que causam facit et continet deffen-
sionem hoc modo ut dicendi causa in hac potissimuz
causa consistamus. Horestes cum fateatur se occidisse
matrem nisi attulerit facti rationem peruerterit def-
fensionem hoc modo ut dicendi causa in hac potissim
causa consistamus. Ergo affert causam que nisi inter-
cederet nec causa quidem eet. Illa enim inquit prem
meum occiderat ergo ratio est ea que continet deffen-
sionem sine qua nec parua quidem pot dubitacio re-
morari dampnationem. Inuenta rone firmamentum
querendum est id est quod continet accusationez qd
affertur contra racionem deffensionis de q antea dictu
est idq constituitur hoc modo. Cum usus fuerit horestis

ratione hoc pacto iure occidi illam. Illa enim patrem
meum occiderat. Utetur enim accusare firmamento *(greci krinomenon appellant)*
hoc modo: non causam ante occidi matrem neque indamp
natam penas pendere oportuit. Ex ratione deffensio
nis et ex firmamento accusatoris ut iudicii questio na
scatur oportet. Quam nos iudicationem omnem rationem
totius orationis eo conferri. In omnibus constitutionibus
et partibus constitutionum hac via iudicationes repe
rientur preterquam in coniecturali constitutione. Nam in
ea nec ratio quare fecerit queritur. Fecisse enim negat
nec firmamentum exquiritur quoniam non subest ratio. Quare
ex intentione et infitiatione iudicatio constituitur hoc
modo. Intentio est: occidisti Aiacem. Infitiatio: non occidi.
Iudicatio: occideritne. Ratio omnis utriusque orationis
ut ante dictum est ad hanc iudicationem conferen
da est. Si plures erunt constitutiones aut partes consti
tutionum, iudicationes quoque erunt plures in una
causa, sed omnes simili ratione reperientur.

Sedulo dedimus operam ut breviter et dilu
cide quibus de rebus adhuc dicendum di
ceremus. Nunc quoniam satis huius voluminis magnitu
do crevit, commodius est in altero libro de ceteris rebus
deinceps exponere. Ne qua propter magnitudinem litterarum
posset animum tuum defatigatio retardare. Seqʒ fiq°

tardius hoc q̄ studes absolvitur cum rerum magnitudini cum nr̄is occupacionibus assignare debebis. verum tn̄ causam maturabimus. et quod negotium diminutum fuit exequabimus industria ut pro tuo in nos officio et nr̄o in te studio minus accumulatissime. hoc tue largiamur voluntati.

In primo libro herenni breviter exponemus quas causas oratore recipere oporteat et in quibus officiis artis elaborare conveniret. Et ea officia qua ratione facillime cōsequi posset. Verum quia nec de omnibus rebus dici simul poterat et de maximis rebus primum scribendum fuit cetera que tibi faciliora cognitu viderentur. itaque nobis placitum est ut ea que difficillima eent potissimum conscriberemus.

Causarum enim tria sunt genera demostrativum deliberativum et iudiciale. Multo difficillimum iudiciale est. Ergo id primum absolvemus. hoc et in priore libro egimus cum de quinque oratoris officiis tractaremus quorum inventio prima difficillima est ea quoque nobis erit hoc libro prope modum absoluta sed parvam partē eius in

terum transferemus. De sex partibus orōnis pri
mum scribere incipimus. In primo libro locuti sumus
de exordio narratione et divisione nec pluribus v̄b
q̄ necesse fuit neq; minus dilucide q̄ te velle extima
bamus. Deinde coniunctim de confirmatione et con
futatione dicendum fuit quare genera constitutionū et ear
partes aperuimus ex quo simul ostendebatur quo
constitutione et pte constitutionum causa posita reperi
oporteret. Deinde docuimus iudicationem q̄ ad modū
queri conveniret qua inventa curandum est ut oīs
ratio totius orōnis ad eam conferatur. postea admo
nuimus eē causas q̄ plures in quibus plures constitu
tiones accomodarentur. Reliquum videbatur eē ut
ostenderemus que rō posset inventiones ad unāquāq; consti
tutionem ac partem constitutionis accomodari. Et ite
quas argumentationes quas greci emphiteon appella
bant sequi et quas res vitari oporteret quorum utrumq;
ptinet ad confirmationem et confutationem. Deinde ad
extremum docebimus cuiusmodi conclusionibus ora
torem uti oporteat qui locus erat extremus de sex ptibus
orōnis. Primum ergo queremus queadmodum unāquāq;
causam tractare conveniat. Et nimirū causam con
iecturalem que pma quoq; difficillima est potissimum
consideremus

Narracio accusatoris

In causa coniecturali narratio accusatoris suspiciones interiectas et dispersas habere debet ut nihil actum nihil dictum nusquam uentum aut habitum nihil denique factum sine causa putet. Deffensoris narratio simplicem et dilucidam expositionem debet habere cum attenuatione suspicionis. Huius constitutionis ratio in sex partes distributa est probabile collationem signum argumentum consecutionem et approbationem. Horum unumquodque quid ualeat aperiemus.

De probabili

Probabile est per quod probatur reo expedisse peccare et a simili turpitudine hominem numquam abfuisse. Id diuiditur in causam et uitam. Causa est que induxit reum ad maleficium comodorum spe aut incomodorum uitatione. Itaque cum queritur numquid comodum maleficio appetierit num honorem num pecuniam num dominationem num aliquam cupiditatem amoris aut huiusmodi libidinis uoluerit explere. Aut numquid incomodum uitauerit num inimicicias num infamiam num dolorem numquid supplicium. Hic accusator in spe comodi cupiditatem ostendet aduersarii in uitatione incomodi formidine augebit. Deffensor autem negabit fuisse causam si poterit aut eam uehementer extenuabit. Deinde iniquum esse dicet omnes ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit in suspicionem malefici

denotari

denotari · Deinde uita hominus ex ante factis spectabit ·
In quo primum considerabit accusator nunquid sile
fecerit, si id non reperit queret nunquid uenerit istez
suspicionem · Et in eo debebit ēē occupatus ut ad eaz
causam pecati quam paulo ante exposuerit uita hois
possit accomodari hoc modo · Si decet eum pecunie cā
fecisse ostendat eum semper auarum fuisse · si honoris
ambiciosum · ita poterit uitium cum causa pecati cō
glutinare · Et si non potuerit eum uicium cum ca pari
reperire reperiat dispar · si non poterit auarū demostrē
demostret corruptorem uel pfidum · Si quoquo mo
potuit deniq; aliquo aut ꝯ plurimis uicijs contami
nabit psonam · deinde qui id fecerit tam nequiter
eundem hunc tam perperam fecisse non ēē mirandū ·
Si uehementer castus et integer extimabitur aduer
sarius dicet facta non famam expectari · illum occultas
se ante sua flagiciasse planum futurum ab eo male
ficium non abeē · Deffensor primo demostrabit ui
tam integram si poterit confuget ad imprudenciaz
stulticiam adolescenciam in uim psuasionem quibus
de rebus uituperatio eorum que extra id crime erat
non debeant assignari · Si uehementer hominis tur
pitudine inpedientur et infamia prius dabit opaz
ut falsos rumores dissipatos ēē dicat de inocente et

locus communis est quo [illegible] reo [illegible] accusat [illegible] concedit [illegible]

Secunda pars orationis coniecturalis constitutionis collatio dicitur per quam [illegible]

Tertia pars signum est [illegible]

loco comuni utetur cum moribus credi non oportere. Si nihil eorum fieri poterat utatur extrema et deffensione et dicat non esse de moribus eius apud censores sed de criminibus adversariorum apud iudices dicere

Collatio est cum accusator id quod adversarium fecisse criminatur alii nemini nisi reo bonum fuisse demonstrat aut alium neminem potuisse perficere nisi adversarium aut eum ipsum aliis rationibus facere aut non potuisse aut non eque comode potuisse. aut fugisse eum alias rationes comodiores propter cupiditatem. hoc loco deffensor ut demonstret oportet aut aliis quoque bonum fuisse aut alios quoque id quod ipse insimuletur facere potuisse.

Quid agendum sit accusatori [illegible] quid defensori [illegible] conveniat [illegible] monet

Signum est per quod ostenditur idonea perficiendi facultas fuisse quesita. Id dividitur in partes sex. locum tempus spatium occasionem spem perficiendi et spem celandi. Locus queritur celebris an desertus. semper desertus an id tunc cum id factum sit in eo loco fit sollitudo sacer an prophanus publicus aut privatus fuerit cuiusmodi loci attingant numquid passus perspecti aut exaudiri esse possit. horum quid reo quid accusatori conveniat perscribere non gravaremur nisi facile quivis causa posset posita iudicare. Initia enim inventionis ab arte proficisci debent. cetera autem facile comprobabit exercitatio

Signum [illegible]

Vale [illegible]

Orator est vir bonus dicendi peritus

eamque ad dialecticos profertur nos vero arbitramur
non modo nullo adiumento esse sed potius in maximo impedi
mento omnes enim illi amphibologias aucupantur
eciam eas que parte ex altera sentenciam nullam possunt
interpretari. Itaque et alieni sermonis molesti interpre
tes et scripsi eorum odiosi cum obscuri interpretes sunt
et dum caute et expedite loqui volunt infantissimi
et nescientes loqui reperiuntur ita dum metuunt in di
cendo ne quid ambiguum dicant nomen suum pronunciare
re non possunt verum horum pueriles oppiniones rectis
simis racionibus cum voles refellemus in presenciarum
hoc intercedere non alienum fuit ut huius infancie
garulam disciplinam contempneremus

Cum diffinicione utemur primum afferemus
brevem vocabuli diffinicionem hoc modo ma
gestatem is minuit qui ea tollit ex quibus rebus civi
tas amplitudo constat hec sunt ea que capiunt suffra
gia populi et consilia magistratus Nempe igitur tu
populum consilio et magistratum suffragio turbasti
cum pontes perturbasti. Item magestatem is minuit
qui amplitudinem civitatis detrimento afficiat. Ego
non affeci sed prohibui detrimento erarium enim
conservavi libidini malorum restiti Magestatem
comunem interire non passus sum. Primum igitur

Vt lex est qui prem occidit culeo insuetur quidam occidit ... de eo idem ... est et legis lator non curauit addere ... propter similitudinem ...

uocabuli sententia breuiter et ad utilitatem accomodata esse describetur deinde factum nem cum uerbi ascripcione coniungitur deinde facio contrarie descripcionis reffellet si aut falsa erit aut inutilis aut turpis aut iniuriosa Id quoque ex iuris partibus sumetur de iudiciali absoluta de qua iam loquimur.

Quinta pars legitime constitucionis

Queritur in translacionibus primum nunquid aliquis eius rei actionem peticionem execucionem habeat nunc alio tempore et loco nunc alia lege nunc alio querente aut agente hec legibus et moribus equo et bono repiuntur de quibus dicetur in iuridiciali absoluta

Alia lege

In causa

In causa racionali primum queretur quid in rebus maioribus aut minoribus aut in similibus similiter scriptum aut iudicatum sit deinde utrum ea res similis sit ei rei qua de re agitur aut dissimilis. deinde utrum de consulto de ea re scriptum non sit quod noluerit cauere quod satis cautum putauerit propter ceterorum scriptorum similitudinem de partibus legitime constitucionis satis dictum est. Nunc ad iuridicialem reuertamur

Absoluta iuridiciali constitucione utemur cum ipsam rem quam nos confiasse confitemur iure factam esse dicemus sine ulla assumpcione extranee deffensionis in ea conuenit queri iure ne sit factum in eo cum

ut faceret an non deinde utrum casu ne sauerit. an culpa nam qui se p uinu aut amorez aut iracu diam fugisse ronem dicet is cum iure ... tur nesciuisse non inprudentia presidii debeat ee cum factum ee constet Cum in fortunam ea confertur et ea re deffensor ignosci reo dicat oportere. eadem omnia illa uidebuntur consideranda que de necessitudine pscripta sunt et enim omnes iste tres ptes purgationis inter se finitime sunt ut ibi omnes eadem precepta fere possit accomodari.

Loca comunes in his causis accusatoris contra eum qui cum se peccasse confiteatur tn orone iudices demoretur deffensoris de humanitate mansuetudine uoluntate in omnibus rebus spectari conuenire que consulto facta non sunt ea in fraudem ee non oportere.

Deprecatione utemur cum fatebimur nos peccasse neqz id imprudenter aut fortuitu aut necessario fecisse dicemus et tn ignosci nobis postulabimus. Hec ignoscendi ro queretur ex his locis si plura aut maiora officia q malefitia uidebuntur constare Si qua uirtus aut nobilitas erit in eo qui suplicabit si qua spes usui erit futura Si sine supplitio decessit si ille ipse suppelex mansuetus misericors in potestatibus

uidebitur fuisse si ea que peccauit non odio neque crudelitate: sed officio et recto studio comotus fuerit. Si tali de causa aliis quoque ignotum est si nihil ab eo peccati a nobis futurum uidebitur. Si eum dimissum fecerimus. Si nulla aut a nostris ciuibus aut ab aliqua ciuitate uituperatio ex ea re suscipietur

LOci comunes de humanitate: fortuna misericordia rerum comutatione hiis locis omnibus ex contrario utetur is qui contradicet cum amplificacione et numeratione peccatorum. Hec iuridicialis causa fieri non potest ut in libro primo ostendimus sed quia potest uel ad senatum uel ad consilium uenire non uisa est supersedenda. Cum a nobis crimen remouere uollemus aut in rem aut in hominem nostri peccati causam transferemus Si causa in homine conferetur: querendum est primum potuerit ne tantum quantum reus demostrabit is in quem causa conferetur et quonam modo aut honeste aut sine periculo potuerit assistere. Si maxime ita sit non ea re concedi reo conueniat quod alieno inductu fecerit. deinde in coniecturalem controuersiam trahetur et queretur utrum consulto factum sit. si causa peccati in rem quedam conferetur et hec eadem et omnia fere que de necessitudine precepimus consideranda sunt.

Quoniam satis ostendisse uidetur quibus argu-
mentacionibus in unoquoque genere cause iu-
dicialis uti conueniret. consequi uideretur ut doceamus
quemadmodum ipsas argumentaciones ornari quid sit cāe
adinuencio difficillimum ūo est inuentum expolire ex-
pedire et pronunciare. hoc enim res facit ut neque diucius
quam satis sit in eisdem locis commoremur nec eodem idem eidem
reuoluamus neque incohatam argumentacionem relinquamus
neque incomode ad aliam deinceps transeamus. Itaque et
hac racione ipsi meminisse poterimus quid in unoquoque loco
dixerimus. et auditor tocius cāe tm̄ uniuscuiusque argu-
mentacionisque distribucionem percipere et meminisse poterit.
Ergo absolutissima et p̄fectissima argumentacio est ea
que in quinque partes distributa sit expositionem rōem
racionis confirmacionem exornacionem et complexionem.
Propositio est per quam ostendimus summatim quid sit
quod probare uolumus. Racio est causa que demostrat
uerum esse id quod intendimus breui subiectione. Ra-
cionis confirmacio est que pluribus argumentis corro-
borat breuiter expositam racionem. Exornacio est qua uti-
mur ad extremum rei honestande et locupletande
causa confirmata argumentacione. Complexio est que
comprehendit breuiter colligens partes argumentacionis.
His igitur quinque partibus ut absolutissime utemur

hoc modo tractauimus argumentacionem.

Causam ostendimus fuisse ulixi quare interficeret aiacem inimicum enim acerrimum de medio tollere uoluit a quo sibi non iniuria summum periculum metuebat. Expectabat illius morte sibi salutem compare. (quia uidebat .n. illo incolumi se incolumem non futurum.) Consueuerat si uire non poterat iniuriam quibus inimico exitum machinari. Cui rei mors indigna pallamedis testimonium prebet ergo et metus periculi eum ut timere ortabat a quo summum supplicium uerebatur et consuetudo peccandi in aliis suscipiendi remouebat dubitacionem. Omnes enim cum minima peccata aliqua cum causa suscipiant cum uero illa que multum maxima sunt maleficia aliquo certo emolumento inducti suscipere conantur si multos induxit in peccatum pecunie spes si cum plures se scelere contaminarunt imperii cupiditate si multi leue compendium fraude maxima comutarunt cui mirum uidebitur istum a maleficio propter acerrimam formidinem temperasse. Virum fortissimum integerrimum inimiciciarum persequentissimum iniuria lacessitum ira excitatum. Homo timidus nocens conscius sui peccati insidiosus inimicum incolumem esse noluit cui tandem hoc mirum uidebitur. Nam cum feras bestias uideamus allacres et erectas uadere ut alteri bestie noceant non est incredibile putandum istius quoque animum ferum crudelem atque inhumanum cupide

quere in sequenti tercio folio residuum

scriptum sit fecisse et tamen facti querat deffensionem A sententia sic dicemus primum laudabimus scriptoris commoditatem atque breuitatem quod tantum scripserit quod necesse fuerit illud quod sine scripto intelligi potuerit non necessario scribendum putauerit deinde dicemus calumpniatoris esse officium verba et litteras sequi negligere uoluntatem scriptoris deinde quicquid scriptum sit aut non posse fieri aut non lege aut non more non natura non equo pacto et bono posse fieri que omnia uoluisse scriptorem quam rectissime fieri nemo dicet at ea que a nobis facta sunt iustissime Deinde dicemus contrariam sententiam aut nullam esse aut stultam aut iniustam aut non posse fieri aut non constare cum superioribus et inferioribus sententiis aut non iure comuni aut cum aliis legibus comunibus aut cum rebus iudicatis dissentire deinde exemplorum a uoluntate contra scriptum iudicatorum enumeratione habenda deinde legum aut stipulationum breuiter exceptarum in quibus intelligatur scriptorum uoluntas expositio locus comunis est contra eum qui scriptum recitet et scriptorum uoluntatem non interpretetur.

Cum due leges inter se discrepant uidendum est primum nunquid abrogatio uel discrepacio sit deinde utrum leges ita inter se dissentiant ut altera iubeat et altera prohibeat al' uetet An ita alta

Dicit nunc quod a genere sit ipsis a sententia contra scriptum dicit

ut lex est liberi parentes alant aut vincantur queritur an infans alere cum ne alii non posse fieri ut infans alat respondetur nec de eo legem intellexisse sed de illo qui alere posset nec ergo lege tenea... ... debere sed laborantes ... ... et ... ... ferire

Contra illos argumentare docet cum scriptum quidem recitant scriptoris enim uoluntatem minime interpretantur

ut lex est qui ... ... erat aliter cum anulo ferreo ... ... debere ... ...

Secunda pars legitime constitutionis que athenomia a grecis uocatur a nostris ex contrariis legibus breuiter autem ostendit quid considerandum sit circa conflictum in talibus legibus que contrarie sunt quid de ... in ... ... sit in ... ... docet

cogat altera pmittat. Infirma enim erit eius deffensio
qui negabit se fecisse quod cogeretur cum altera lex pmitteret.
plus enim ualet sanctio pmissione. Item illa deffensio
qui negabit se fecisse quod cogeretur. tenuis est cum
ostenditur id factum esse quod illa lex sanciat cum legi abro
gatum aut derogatum aut derogatum sit id quod poste
riore lege sanctitum sit esse neglectum. Cum hec fuerint
considerata statim nostre legis expositione recitatione col
laudatione utemur. deinde contrarie legis enotabimus
uoluntatem et eam trahemus ad nostre cause comodum.
deinde a iudiciali absoluta assumemus racionem iuris
et queremus partes iuris utrum cum ea faciant de quibus
partibus iuris posterius discuciemus

Si ambiguum est sceriptum puta quando in duas ut
plures sententias trahi possit hoc modo tracta
dum est primum sit ne ambiguum querendum est. deinde
quando sceriptum sit si id quod aduersarii dicunt et
interpretantur sceriptor fieri uoluisse ostendendum est
deinde id quod nos interpretemur et fieri posse et honeste
et recte lege more natura bono et equo fieri posse quod
aduersarii interpretantur ex contrario nec ambigu
um est sceriptum cum intelligatur utra sentencia uera sit.
Sunt quidam qui arbitrantur ad hanc causam tracta
dam uehementer pertinere cognitionem amphibologiarum

tatio. Tempus quoque queritur qua parte anni qua
hora noctu an die qua hora diei quota hora factum
esse dicatur et cuiusmodi temporibus. Spacium ita co
sideratur satis ne longum fuerit ad eam rem transige
dam et potuerit ne scire satis ad id perficiendum spacium
futurum esse. Nam parum refert satis spacii ad id perficiend
fuisse si id ante sciri et ita provideri non potuit. Occasio
queritur idonea ne fuerit ad eam rem adoriendam
an alia melior que aut preterita sit aut non expectata.
Spes perficiendi hoc que fuerit spectabitur hoc modo si
que supradicta sunt signa concurrunt. Si preterea ex
altera parte vires pecunia consilium scientia apparatio vi
debitur fuisse. Ex altera parte imbecillitas inopia stultitia
imprudentia inapparatio demonstrabitur fuisse, qui scire
poterit utrum confidendum an diffidendum. Spes celandi
que fuerit queritur ex consciis et arbitris adiutoribus
ex liberis aut servis aut utrisque.

Argumentum est per quod res coarguitur certio
ribus argumentis et magis firma suspicione.
Id dividitur in tria tempora preteritum instans et
consequens. In preterito tempore oportet considerare
ubi fuerit ubi visus sit cum quo visus sit nunquid
apparaverit nunquid convenerit nunquid dixerit
nunquid habuerit de consociis de adiutoribus de adiu

mentis nunquid in loco preter consuetudinem fuerit uel fecerit aut alieno tempore. In instanti tempore queritur nunquid uisus sit cum faciebat, nunquid strepitus clamor in aliquo crepitus auditus, nunquid denique in aliquo sensu perceptum sit aspectu, auditu, tactu, odore, gustu. Nam quis horum sensus poterit conflare suspitionem. In consequenti tempore spectabitur nunquid re transacta relictum sit quod indicet aut factum esse maleficium aut a quo sit factum. Factum esse hoc modo: si timore uel liuore decolloratum corpus est mortui, significat eum ueneno necatum. A quo factum sit hoc modo: si tellum, si uestimentum, si quid huiusmodi relictum sit aut si uestigium repertum, si cruor in uestimentis, si in eo loco comprehensus aut uisus fuerit transacto negocio quo in loco res gesta dicitur.

Consequutio est cum queritur que signa nocentis et que innocentis consequi soleant. Accusator dicat si poterit aduersarium cum ad uentum sit erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid, que signa conscientie sint. Si reus nihil eorum, accusator dicet eum usque adeo premeditatum fuisse quid sibi esset usui uenturum ut confidentissime resisteret et responderet, que signa confidentie non innocentie sunt. Defensor si pertimuerit, magnitudine periculi non conscientia peccati motum esse dicet; si non pertimuerit, fretus

ad inimici pniciem profectum presertim cum i bestiis
nullam neq; bonam neq; malam rōnem uideamus in
istas plurimas et pessimas rōnes suspicisse intelligamus
Si ergo pollicitus sum me daturum causam qua i ductus
ulixes accesserit ad maleficium et si inimiciciarū acer-
rimam rōnem et piculi metum intercessisse demostraui
non est dubium quin confiteatur cām maleficii fuisse.
Ergo absolutissima est argumentacio ea que ex quinq;
partibus constat set ea non semper necēe est uti. Sed cū
conplexione supsedendum est Si res breuis est ut que
facile memoria comprehendatur cum exornacio preter-
mitenda est si parum locuplex ad amplifficandum et
exornandum res ēē uidetur. Sin et breuis aut argumen-
tacio et res tenuis aut humilis cum exornatione et con-
plexione supsedendum. est in omnibus argumentacionibꝰ
de duabus ptibus postremis hec quam exposui rō habēda
est Ergo amplissima est argumentacio quinq; partita bre-
uissima et tripartita. mediocris sublata aut exornacioē
aut complexione q̄drīpartita

Qvod sunt gn̄a uiciosarum argumentacionum
unum quod ab aduersario reprehendi potest
idq; cum pertinet ad cām alterum quod cum ad nugato-
rium est tn̄ non indiget reprehensione que sunt que
confutari reprehensione si exemplum subicero dilluade.

intelligere poteris. Hec cognicio uiciosarum argumenta-
cionum duplicem affert utilitatem. Nam et uicium in
argumentacione uitare admonebit et ab aliis non
uitatis comode reprehendere docebit. Quoniam igitur
ostendimus perfectam et plenam argumentacionem
ex quinqꝫ partibus constare: in unaqꝙ argumentacione
que uicia uitanda sint consideremus ut ab hiis uiciis
recedere ac aduersariorum argumentaciones hac pre-
cepcione in omnibus partibus temptare et ab aliqua
parte labefactare possimus

Exposicio est uiciosa cum ab aliqua uel a maiore
parte ad omnes confertur id quod non necessario
omnibus est attributum ut si quis exponat hoc modo
omnes qui sunt ex paupertate malunt maleficiis parare
diuicias maleficio quam officio paupertatem tueri. Si quis
hoc modo exposuerit argumentacionem et non curet
querere qualis sit racio aut racionis confirmacio ipsam facile
reprehendimus exposicionem cum ostendimus id quod
in aliquo paupere improbo fit id in omnes pauperes falso
et iniuria conferri. Item uiciosa est exposicio cum id quod
raro fit fieri omnino negamus hoc modo. Nemo potest uno
aspectu neqꝫ preteriens in amorem incidere nam cum non
nemo in amorem deuenerit uno aspectu et cum ille neminem
dixerit nihil omnino differt raro id fieri dum modo

potuerit ne uitare ne in eum locum ueniret a defensore eo(rum) compelleretur argumentatio coniecturalis aliqua probabili causa de qua ante dictum est. his locis ita tractat accusator loco comuni utetur in eum qui inutile utili proposuerit cum statuendi non habuerit potestatem defensor contra eum qui esse equum censeat rem perniciosam utili preponi utetur loco comuni per conquestionem et simul queret ab accusatoribus et audientibus ipsis quid facturi essent si in eo loco fuissent et tempus locum rem deliberatione sua preponet ante oculos.

Translatio criminis est cum a reo facti causa in alios crimen transfertur. In qua primo querendum est iure ne crimen in alium transferatur. deinde spectandum est et quam magnum sit illud peccatum quod in alium transfertur atque illud quod reus suscepisse dicatur deinde opportuerit ne in ea re peccare in qua ante peccaverit aliquis deinde opportuerit ne iudicium ante fieri deinde cum factum iudicium non sit de illo crimine quod in alium transfertur opporteat ne de ea re iudicium fieri que res in iudicium euenerit

Locus comunis accusatoris est contra eum qui plus censeat unumquodque iudicium ualere opportere et ab aduersariis percunctabitur accusator quid facturus sit si idem ceteri faciant ut de indempnatis

supplicium sumant quod eos idem fecisse dicat. Quid si idem accusator facere idem voluisset deffensor eorum pecati attrocitatem profferet in quos crimen transferet rem locum tempus ante occulos ponet ut illi qui audiunt existiment aut non potuisse fieri aut non utile fuisse rem in iudicium venire.

Concessio est pquam nobis ignosci postulamus. Ea dividitur in purgacionem et deprecacionem. purgacio est cum consulto anobis factum negas. Ea dividitur in neccessitudinem fortunam et inprudenciam. de hiis primum partibus ostendendum est deinde ad deprecacionem revertendum est. primum considerandum est nūquid per culpam ventum est in neccessitudinem nūquid in culpam veniendi neccessitudo fecerit. deinde querendum est quo vix illa vitari pot ac leviari. deinde is qui in neccessitudinem eam confert expertus ne sit quid contrafacere aut excogitare posset. deinde nunquid suspiciones ex coniecturali constitutione trahi posset que significent id consulto factum eē quod neccio accidisse dicitur. deinde si maxima neccessitudo quempiam fuerit conveniet ne ea satis idoneam causam putari. Si autem inprudencia reus peccasse dicet primum queretur utrum potuerit scire aut non potuerit deinde utrum data sit opa

in nocentia negabit esse commotum.

Approbatio est qua utimur ad extremum confirmata suspitione. Ea habet locos proprios atque comunes. Propii sunt hii quibus nisi accusator potest uti communes sunt. Et hii quibus nemo nisi deffensor potest uti. Comunes sunt qui alia in causa a reo alia ab accusatore tractantur. In causa coniecturali proprius locus est accusatoris cum dicat malorum misereri non oportere et cum auget peccati atrocitatem. deffensoris proprius locus est cum misericordiam captat et cum accusatorem criminari calumpniatur. Comunes loci sunt hii cum accusatoris tum deffensoris a testibus contra testes et a questionibus contra questiones ab argumentis contra argumenta a rumoribus contra rumores. A testibus dicemus secundum auctoritatem et vitam testium et constantiam testimoniorum. Contra testes vite turpitudinem testimoniorum inconstantiam. Si aut fieri non potuisse dicemus aut non factum fuisse quod dicant aut scire illos non potuisse aut cupide dicere et argumentari. hec et ad probationem et ad argumentationem testium pertinebunt. A questionibus dicemus cum demostrabimus maiores veri inveniendi causa tormentis et cruciatu voluisse querere et summo dolore homines convenire cogi ut quicquid sciant

Docet quid a testibus narrandum est

Docet quid contra testes narrandum est

Docet quid a questionibus et contra questionem narrandum sit

Secunda pars

Sum ego Erasmus ... de Cracovia

dicant. Et preterea confirmatione hec erit disputacio si que
dicta erunt argumentando hiisdem uiis quibus omnis
coniectura tractaretur trahemus ad uerisimilem suspi-
cionem idemque in testimoniis facere oportebit. Contra
questiones ut que uere dicerentur probari seu sciri que
falso inquestione proponerentur refelli possint hoc modo.
Quo in loco quid positum sit aut si quid eet simile quod
uideri aut aliquo simili signo papi posset deinde dolori
credere non oportere quod alius illo retentior sit in dolore quod
ingeniosior sit ad comminiscendum quod denique sepe aut suspi-
cari possit quod questitor uelit audire quod cum dixerit intelli-
gat sibi finem dolori futurum. Hec disputacio optime
maxime conprobatur si refellemus que in questionibus
erunt dicta probabili argumentatione idque partibus
coniecture quas ante exposuimus facere oportebit.
Ab argumentis et signis et ceteris locis quibus augetur
suspitio dicere hoc modo conuenit cum multa concurrerat
argumenta et signa que inter se consenciant rem perspi-
cuam non suspiciosam uideri oportere. Item plus oporte-
tere signis et argumentis credi quam testibus. Hec enim eo
modo exponi possunt quo res uera sit gesta testes corrumpi
posse uel signa et ceteras suspitiones precio uel gracia
uel metu uel simultate. Contra argumenta et signa
et ceteras suspitiones dicemus hoc modo si demonstrabimus.

Locus de dolori credere [illegible]

Finem dolori futurum [illegible]

Ab argu[illegible]

nullam rem esse quam suspicionibus quivis possit criminari
deinde unamquamque suspicionem extenuabimus et
dabimus operam ut ostendamus nihilo magis in nos
eam quam in alium quempiam convenire. Indignum
facinus esse sine testibus coniecturam et suspicionem fir-
menti satis habere. A rumoribus dicemus si negabimus
temere famam nasci solere quin subsit quid et si dicemus
causam non fuisse quare quispiam confingeret et comisceret
et preterea si ceteri falsi soleant esse argumentabitur huic
esse reum. Contra rumores dicemus si primum docebimus
multos esse falsos rumores et exemplis utemur de quibus
falsa fama fuerit et aut inimicos nostros aut homines natura
maliuolos et maledicos confinxisse dicemus et aliquam
fictam fabulam in adversarios afferemus quam dicamus
omnibus in ore esse aut uerum rumorem proferemus qui
illis aliquid turpitudinis afferat nec tamen nos illi rumori
fidem habere dicamus. Et ideo quod quivis homo posset
quemvis turpem de quolibet rumorem proferre et fictam
fabulam dissipare. Verumtamen si rumor vehementer pro-
babilis esse uidetur argumentando fame fidem poteris
abrogare. Quod et difficillima tractatu hec constitutio
coniecturalis et in ueris causis sepissime tractanda est
eo diligentius omnes eius partes perscrutati sumus ut ne
pusilla quidem dubitatione aut offensione impediremur

Et si ad hanc racionem precepcionis assiduitate exercitacionis accomodaremus. Nunc ad legitime constitucionis partes transseamus.

Cum uoluntas scriptoris cum scripto dissidere uidebitur si a scripto dicemus scriptoris collaudacione. Deinde scripti recitacione. Deinde percunctacione. Sciantne aduersarii id scriptum esse in lege aut testamento aut stipulacione aut in quolibet scripto quod ad eam rem pertineret. deinde collacione quid scriptum sit quid aduersarii se fecisse dicant quem iudicem sequi conueniat utrum id quod diligenter scriptum sit aut id quod acute excogitatum sit deinde ea sententia que ab aduersariis sit excogitata et scripto attributa contempnetur et infirmabitur. deinde queretur quid ei obfuerit si id uoluisset ascribere aut nunquid potuerit perscribi. deinde a nobis sententia reperietur et causa proferetur quare id scriptor senserit quod scripserit et demonstrabitur scriptum illud esse dilucide breuiter commode perfecte cum racione certa deinde exempla proferentur que res cum aduersariis sententia reddetur et uoluntas affertur a scripto pocius iudicate sunt deinde ostendetur quam periculosum sit a scripto recedere

Locus communis est contra eum qui cum fateatur contra id legibus sanctum aut testamento per-

quere

populus cum leges constituebat magistratu interrogante et suffragiis suis aliquid populus iubebat et magistratus confirmabat senatus ...

posita dicere poterimus si ex quibus partibus natura lege consuetudine iudicato equo et bono pacto. Natura ius est quod cognationis aut pietatis causa conseruatur quo iure parentes a liberis et liberi a parentibus conseluntur. lege ius est id quod populi iussu sanctitum est quod genus est ut in ius eas conuoceris. Consuetudine ius est id quod sine lege eque ac si legitimum sit usitatum est quod genus est id quod argentario tuleris expensum a socio eius repetere recte possis. Iudicatum est id de quo sententia lata est aut decretum interpositum. Ea sepe diuersa sunt ut aliud alii iudici aut pretori aut consuli aut tribuno plebis placitum sit et fiet ut de eadem re sepe aliud alius decreuerit aut iudicauerit quod genus est Marcus drusius pretor urbanus qui cum herede mandati ageretur iudicium redidit ut heredes procuratoris refelli ad prosequendam causam. Item lulius colis iudex absoluit iniuriarum eum qui lucium eius actium poetam nominauerat condempnauit. Ergo que possunt res simili de causa dissimiliter iudicate profferri cum id usu uenerit iudicem cum iudice tempus cum tempore numerum cum numero iudiciorum prosecetur. Ex equo et bono ius constat quod ad utilitatem et bonum commune uidetur pertinere quod genus ut maior

diffinitio nature

annis xl et is cuius moribus causa e cognicionem det ex eo quod nouum ius constitui conuenit ex tpo re et hominis dignitate. Ex pacto ius est si cui iter se pepegerit si quid inter quos conuenerit pacta sut que legibus obseruande sunt hoc modo ut rem pan gunt pacisantur oronem in comicio aut in foro aut ante meridiem causam coniecito. Sunt iterum pacta que sine legibus obseruantur ex conuentu que de iure prestare dicuntur. his igitur partibus iniuriam demostrari ius confirmari conuenit. Idqz in absoluta iuridiciali idqz in assumpta iuri diciali faciendum ee uidetur.

Cum ex comparacione quereretur utrum satis fuerit agere id quod reus dicat se fecisse aut id quod accusator dicat oportuisse fieri primum queri conueniet utrum fieri fuerit utilius ex copa cione hoc est utrum uenustius facilius conducabi lius. deinde oportebit queri utrum ne oportuerit iudicare utrum fuerit utilius an aliorum fuerit utilius faciendi potestas. deinde interponetur ab accusatore suspicio ex constitucione coniecturali qr putatur non ea rone factum ee quo melius deteriori anteponeretur sed dolo malo negocium gestum ee de aliqua probabili causa. deinde qrit

aliquando fieri aut posse fieri intelligatur. Item uitiosa est expositio cum id quod raro fit ostendemus omnes res nos collexisse et aliquam rem ydoneam pretermittimus hoc modo. Quoniam igitur hominem constat esse occisum necesse est aut a predonibus aut ab inimicis esse occisum aut a te quem ille testamento heredem faciebat. predones in illo loco numquam nisi fuerunt inimicum nullum habebat. Relinquitur ergo si neque a predonibus neque ab inimicis occisus est quoniam alteri non erant alteros non habebant ut a te sit interfectus. Nam in huiusmodi expositione reprehensione utemur si quos preter eos quos ille dixerit potuisse suscipere maleficium ostendemus ueluti in hoc exemplo cum dixerit necesse esse aut a predonibus aut ab inimicis aut a nobis occisum esse dicemus potuisse aut a familia aut a coheredibus ueris. Cum hoc modo illorum collectionem disturbauerimus nobis latiorem locum defendendi relinquerimus. Item uitiosa est expositio que constat ex falsa numeratione ut si cum plura sint pauciora dicamus hoc modo. due res sunt iudices que homines ad maleficium impellunt luxuria et auaritia. Quid amor inquiet quispiam quid ambitio quid religio. quid metus mortis. quid imperii cupiditas quid denique alia permulta. Item falsa est enumeratio cum pauciora sint plura dicamus hoc modo. tres res sunt que homines

solliciatant metus cupiditas et egritudo satis enim fuerat
dixisse metum et cupiditatem qm egritudinem cum
utraq; coniunctam esse necce est. Item uiciosa est expo-
sicio que longe nimium repetitur hoc modo omnium
malorum stulticia est mater atq; materies que preceteris
inmensas parit cupiditates. Inmense quoq; cupidita-
tes infinite inmoderate sunt hec pariut auaricia. Aua-
ricia quoq; hominem ad quodlibet maleficium impel
lit ergo inducti auaricia aduersarii unde hoc inter se
facinus admiserunt hic id quod extremu est dictum
satis fuit exponere ne etnium et alios poetas mutem
quibus hoc modo loqui concessum est utinam ne i ne
more pellio securibus cesse cecidisset ab ingene ad terras
trabes ne ue nim nauis incohans exordium cepisset q
nunc nominatur argo. qua argini delecti uiri necai
petebant pellem illam inauratam arietis colchis ipe-
rio regis pelide p dolum nam nunq hera mea errans
medea efferret pedem de domo nam hic satis erat dice
si id modo quod satis eet curassent poete. utinam ne
era mea errans efferret pedem de domo medea animo
egro amore sancia. ergo hic quoq; ab ultima repeti
cione in exposicionibus magnopere supersedendum
est non enim reprehensione sicut alie q plures sed
sua sponte uiciosa est.

uiciosa e ex

Viciosa ro est que ad exposicionem non est accomo-
data uel pp infirmitatem uel pp uarietatem.
Infirmacio que non neccio ostendit ita ee quemadmod
expositum est uelut apud plautum auri cum castigare
ob meritam noxam. Iniuriane est facinus. Verum i etate
utile ac conducibile hec exposicio est. Videamus que
ro afferatur. nam ego amicum meum hodie non casti-
gabo pro comissa noxa ex eo quod ipe facturus est. no
ex eo quod conuenit fieri utile quid sit raciocinatur.
Vana ro est que ex falsa causa constat hoc modo amor
fugiendus non est nam ex uerissima nascitur amici-
cia aut hoc modo philosophia uitanda est affert enim
secordiam atq desidiam Nam he raciones nisi false
eent exposiciones quoq earum ueras ee confitemur.
Item q infirma est ro que non neciam com affert
exposicionis ueluti pacuuius insanam fortunam et
cecam et brutam pibent philosophi saxiq instare
gobosi predicant ee uolubilem q quo saxum ipule-
rit sors ea cadere fortunam aucupnat. Cecamq ob rez
eam ee iterant q nihil cernit quo sese aplicet insana
aut aiut q atrox incerta instabilisq est. brutam q
dignum neqat intno nocere. Sunt aut alii phi qui
contra fortunam negant ullam miseriam ee atq hu-

manitatem ꝑ temeritate omnia emregi accipnant.
Id magis uerisimile ait ee q usus res experiendo edocet.
uelut hostes mo fuit rex modo factus est medicus nau
fragio nempe res ista contingit et id non forte aut fortu
na contingit Nam hic pacuuius infirma rone utit
cum ait uerius esse temeritate q fortuna res agi. Nam
utraq phorum oppione fieri potuit ut is quis rex fuit
medicus factus est. Item infirma ro est que minus ido
postulat neam q res subiciat causam excepcioni hoc modo utilis
est sapiencia ppterea qui sapientes sunt pietatem colere
consueuerunt. Item utile est amicos ueros hee ut heas
cum quibus conlocari possis. Nam in huiusmodi eoibus
non inmensa nec absoluta sed extemiata rone exposicio
confirmatur. Item uiciosa ro est que alii exposicioni
pot accomodari ut facit pacuuius qui eandem affert
ronem qr ceca eadem qr bruta fortuna dicitur.
IN confirmacione ronis multa uitanda uitada
in nro et obseruanda in aduersariorum rone
sunt uicia. ppterea diligentius considerranda est q
accurata confirmacio racionis totam uehementissime
comprobat argumentacionem. Vtuntur igitur studiosi
in considerranda rone duplici conclusione hoc modo
iniuria abs te indigna afficior pat. nam si improbum

ẽẽ trespontem existimas air me huius locabas nuptiis.
Sin est probus air me talem inuitam inuitum cogis re
linquere que hoc modo concluduntur. aut ex contra
rio conuertentur aut ex simplici parte reprehendẽtur.
ex contrario hoc modo nulla, te nata afficit iniuria si
probus est locaui. sin autem est improbus diuortio libe
rabo te ab incomodis. ex simplici pte reprehendentur si
ex duplici conclusione altera pars diluitur hoc modo
nam si improbum trespontem existimabas air me huiꝫ
locabas nuptiis dixi probum creaui post agnoui et fu
gio nunc cognitum ergo reprehensio huiusmodi cõ
clusionis duplex est acutioꝛ illa superior facilioꝛ hec
posterior ad excogitandum. Item uiciosa est narratio
nis confirmatio cum ea re que plures res significat ab
utimur pro certo unius rei signo hoc modo necẽ est
qm pallet egrotasse. aut necẽ est peperisse qm sustinet puerum infantem nam hec sua sponte signa certa
non hñt si non cetera quoqꝫ similia concurrant qꝫ
si concurrant nõ nihil huiusmodi signa adaugent
suspictionem. Item uiciosum est quod uel in aliuꝫ
uel in eum ipm qui dicat id quod in aduersarium
dicatur pot conuenire hoc modo miseri sunt qui uxo
res ducunt at tu duxisti alteram. Item uiciosum est
quod uulgarem ht defensionem hoc modo. Iracundia

ductus peccauit aut adolescencia aut amore huiusmi
deprecaciones si probabuntur inpune eciam maxime
peccata dillabuntur Item uiciosum est cum id pro
certo sumitur qd' inter omnes non constat q' eciã nuc
in controuersia est hoc modo Eo tu dii quibus est potãs
motus superum atq; inferum pacem inter se conaliãt
conferunt concordiam nam ita pro rõnibus certis id
eẽ demostraret Item uiciosum est quod iam q̃si certo
atq; acto negocio dici uidetur hoc modo In mentem
mihi si uenisset quirites non comisissem ut in hunc locu
res ueniret nam hoc aut hoc fecissem s; nictũ tunc hec
rõ fugit. Item uiciosum est cum id quod in apto delicto
positum est tñ aliqua deffensione leui tegitur hoc modo
Cum te expectabant omnes florentissimo in regno reli
qui nunc cum desertus es ab omnibus summo periclo
solus ut restituam paro Item uiciosum est quod in alia
partem ac dictum est pot accipi .i. huiusmodi ut si qs
potẽs ac faciosus in concione dixerit Sacius est uti reb;
q̃ uti in aliis legibus nã et hoc tam et si possit rei agẽ
de causa pot sine malicia dici tñ pp potenciam eius qui
dicit id non dicitur sine atroci suspictione : Item ui
ciosum est falsis aut uulgaribus diffinicionibus uti
false sunt huiusmodi ut si quis dicat iniuriam ẽe
nullam nisi que ex pulsacione aut conuicio constet.

Vulgares sunt que nihilominus in aliam rem transfer-
ri possunt ut si quis dicat quadruplator ut breuiter
scribam capitalis est est enim improbus et pestifer ci-
uis nam nihilomagis quadruplatoris quam furis quam sica-
rii aut proditoris attulit diffinitionem Item uitiosum
est pro argumento sumere id quod in disquisitione po-
situm est ut si quis quem furti arguat dicat eum esse
improbum auarum fraudulentum ei rei testimonium
esse quod sibi furtum fecerit Item uitiosum est contro-
uersiam in controuersiam dissoluere hoc modo non
conuenit censores istum nobis satisfacere ex eo quod
ait se non potuisse adesse ita ut iuratus fuerat quod
ad exercitum non uenisset id ne tribuno militum
diceret hoc ideo uitiosum est quia non expedita aut
iudicata res est sed impedita est et in simili controuersia
posita ex loco profertur Item uitiosum est cum id
de quo summa controuersia est parum expeditur et
quasi transactum sit hoc modo aperte fatur dictio si in-
telligas tali dari arma qualis ipse fuit qui gessit iu-
bet potiri si nos studeamus pergamo que in ea profiteor
esse me non equum est uti fratrem his armis mihique ad-
iudicarier uel quod propinquius sim eius uel quod uirtutis
sum emulus Item uitiosum est sibi ipsum in sua oratione
dissentire et contra ea que ante dixerit dicere hoc

modo Qua causa hunc accusem neqo tn̄ disputando
euoluere nam si ueret quid eum accusem quid id
parui auditu existimet non incomoda rone uidetur
sibi ostendisse qui non accusaret quid postea quid ait
nunc ego te asumo detexam exordio Item uiciosum
est quod dicetur contra iudicis uoluntatem aut eorum
qui audiunt si aut partes quibus illi student aut
hominis quos illi caros hn̄t ledantur aut aliquo hu
iusmodi uicio ledatur auditoris uoluntas Item ui
ciosum est non omnes res confirmare quas polliatus
sis in expositione Item uerendum est ne de alia
re dicatur cum de alia controuersia sit inque cuiusmi
uicio considerandum est ne aut ad rem addatur qdam
aut quispiam de re detrahatur aut tota causa mu
tata in aliam causam deriuetur uti apud pacuū zetus
cum amphione quorum controuersia cum de musica
introducta est disputatio in sapientie ronem et uirtu
tis utilitatem consumitur Item considerandum est
ne aliud accusatoris criminatio contineat aliud
deffensoris purgatio purget quod sepe consulto mlti
reo faciunt angustiis cause coacti . Vti cum quis
accusetur ambitu magistratum peasse ab imperatori
bus sepe nūo dicat apud exercitum donatum se esse
hoc si diligenter in aduersariorum orone obseruaue

rimus deprehendemus sepe et in huiusmodi deprechen
sione ostendemus eos de ea re quid dicant non habe-
Item uitiosum est artem aut scienciam aut studium
quodpiam uituperare propter eorum uitam qui in eo stu
dio sint ueluti qui rethoricam uituperat propter alicuius
oratoris uituperandam uitam. Item uitiosum est
ex eo quod perperam factum constat esse putari omni
a quo homine factum est/ hoc modo mortuum defor
matum timore perditum corpore decolloratum constat
esse ergo necatus est ueneno deinde si sit usque adeo
in eo occupatus ut multi faciunt uenenum datum
iuditio non mediocri conflictetur non enim ne sit
queritur sed a quo factum. Item uitiosum est in rebus
conpandis alteram rem efferre de re altera non face
re mentionem aut negligencius disputare ut si con
paretur utrum sit satius populum frumentum
accipere: an non que comoda sint in altera re curet
enumare que iam altera incomoda sint ueluti de
prehensa pretereat aut ea que minima sunt dicat
Item uitiosum est in rebus conpandis alteram rem
efferre necesse putari alteram rem uituperare cum
alteram rem laudes quod genus si queratur
utrum maior honor habendus sit an albensibus
an uetemus quod rei publice et populo romano profuerit

et is qui dicat alteros ledat non enim necce est si alteros
proponas alteros uituperas fieri enim pot ut cum alteros
magis laudaueris aliquam alteris ptem laudis attri
buas ne cupide contra ueritatem puteris pugnasse.
Item uiciosum est de nomine et uocabulo illius rei co
trouersiam statuere q̃ rem consuetudo optime potest
iudicare uelut sulpicius qui intercesserat ne exules
quibus causam . l . non licuisset reducerentur . Sed
idem posterius ĩmutata uoluntate cum eadem legẽ
ferret aliam se ferre dicebat pp nominum comuta
cõnem nam non ut extiles s; in erectos seducere aie
bat proinde quasi id fuerit controuersia quo illi
nomine appellarentur a populo romano deinde
quasi non omnes quibus ab aqua et igne interdictũ
est exules appellarentur uerũ fortasse illi ignoscem9
si cum cãm fecit nos tñ intelligamus uiciosum ẽe in
tendere controuersiam pp nominum mutacionem
Quoniam exornacio constat ex similibus et exe
plis et iudicatis rebus et amplificacionibus
et ceteris rebus que ptinent ad exaugendam et locu
plectandam argumentacionem que sint in his rebus
uicia consideremus . Simile uiciosum est quod ex aliq̃
pte est dissimile nec hẽt ptem rõnem comperacionis
aut sibi . ipsi obest qui affert . Exemplum uiciosum est

quod ex aliqua. si aut falsum est ut reprehendatur
aut improbum ut non sit imitandum aut maius
aut minus q̄ res postulat Res iudicata uitiose
proferetur si aut dissimile re profertur de ea re de
qua non sit controuersia aut si improba aut eius
modi aut plures aut magis idoneę res iudicatę ab
aduersariis proferri possint Item uitiosum est id
quod aduersarii factum eē confiteantur de eo argu
mentari et planum factum facere esse nam id tn̄
augeri oportet Item uitiosum est id augeri quod
conuenit doceri hoc modo. ut siquis arguat quem
hominem occidisse et ante q̄ satis idoneas argumē
tationes attulerit augeat peccatum et dicat nihil
indignius esse q̄ hominem occidere non enim utr̄
indignum sit an non sed factum tantum ne sit
queritur

Complexio uitiosa est que non quodq; primum dictum est primum complectitur et que non breuiter concluditur et que non ex numeratione certum et constans aliquid relinquit ut intelligatur quid propositum in argumentatione sit qd deinde ratione quid confirmatione quid tota argumentatione demostratum.

Quinta argumentationis pars

Conclusiones que apud grecos epilogi noiat
tripartite sunt. nam constant ex numera
cione amplificacione et conclusione Enumeracio
est per quam colligimus. comiseracione Quattuor
locis uti possumus conclusionibus in principio secundum
narracionem secundum firmissimam argumentacionem
in conclusione. Enumeracio est per quam colligimus
et commouemus quibus de rebus verba fecerimus bre
uiter ut renouetur non redintegretur oracio. Et ex ordine
quidquid erat dictum referimus ut auditor si me
morie mandauerit ad idem quod ipse meminerit re
ducatur. In qua est curandum ne aut ab exordio aut
narracione repetatur oracionis enumeracio ficta enim
et dedita opera comparata oratio uidebitur esse artificii
significandi ingeniique uendicandi et memorie oste
tande. ea propter inicium enumeracionis sumendum est
a diuisione deinde ordine et breuiter exponende res
sunt que tractate erunt in confirmacione et confutacione

Amplificacio est res que per locum communem insti
gacionis auditorum causa ponitur. loci co
munes ex decem preceptis comodissime sumuntur ad
augendam criminis causa. Primus locus ab aucto
ritate ut cum memoramus quante cure ea res fuerit
diis inmortalibus aut maioribus nostris regibus

ciuitatibus racionibus hominibus sapientissimis
senatui. Item maxime quo de his rebus legibus
sancitum sit. Secundus locus est cum considera
mus illas res de quibus criminantur ad quos per
neat utrum ad omnes quod atrocissimum est
an ad superiores quod genus hii sunt a quibus
auctoribus locus racionis sumitur an ad pares hic
est in eisdem partibus animi corporis fortunarum positos
an ad inferiores qui omnibus rebus his antecelluntur.
Tercius locus est quo percunctamur quid sit euentur
si omnibus idem concedatur et ea re neglecta osten
demus quid periculorum atque incomodorum con
sequatur. Quartus locus est quo demostratur si
huic sit remissum multos alacriores ad malefici
um futuros quos adhuc spectacio iudicii remo
ratur. Quintus locus est per quem ostendemus si
semel aliter iudicatum sit nullam rem fore que
incomodat mederi aut erratum iudicum corri
gere possit quo in loco non incomodum erit uti cete
rarum rerum comparacione ut ostendamus alias
res posse aut consilio corrigi aut uetustate sedari
huius rei aut leniende aut corrigende nullam
rem adiumento futuram. Sextus locus est cum
ostendimus ex consulto factum et dicimus uoluntario

facinori et nullam esse excusationem imprudentie
sed iustam deprecationem esse paratam. Septimus
locus est cum ostendimus ceterum facinus crudele
vel nepharium tirannicum esse quod genus qualis est
iniuria mulierum aut aliquid earum rerum quarum
causa bella suscipiuntur et cum hostibus de vita
dimicatur. Octavus locus est quo ostendimus non
vulgare sed singulare esse maleficium spurcum nepha
rium inusitatum quod maturius et atrocius vindi
candum est. Nonus locus qui constat ex peccatorum
comparatione quasi cum dicimus maius esse ma
leficium ~~supra re~~ stuprare ingenuam quam sacrum ledere quod
alterum propter egestatem alterum propter inmoderatam
superbiam fiat. Decimus locus est per quem omnia
que in gerendo negocio sunt acta queque rem consequi
solent exponemus acriter et criminose et diligenter
ut agi res et geri negocium videbitur rerum con
sequentium enumeratione.

Tercia pars conclusionis

Misericordia commovebitur auditoribus si
variam fortunarum commutationem di
cemus si ostendemus in quibus commodis fuimus
quibusque incommodis simus comparatione si que
nobis futura sint nisi causam obtinuerimus enu
merabimus et ostendemus. Si supplicabimus et

te prebeas nos profisci ad instituta pergemus.
Deliberaciones partim huiusmodi sunt ut
queratur utrum potius faciendum sit partim
eiusmodi ut quod potissimum sit consideretur. Utrum
potius hoc modo cartago tollenda an relinquenda
videatur. Quid potissimum hoc modo ut si anibal
consulat cum ex italia cartaginem arcesitur an etiam
italia permaneat an domum redeat an in egiptum
profectus occupet alexandriam. Item deliberaciones
partim ipse propter se consultande sunt ut si deliberet sena
tus captivos redimat ab hostibus an non partim propter
aliquam extraneam causam veniunt in delibera
cionem et consultacionem ut deliberet senatus bello
italico solvat ne legibus scipionem ut eum liceat ante
tempus consulem fieri. Partim propter se considerande
et magis propter extraneam veniunt in consultatione
ut si deliberet senatus bello italico sociis civitatem
det an non. In quibus causis rei natura faciet delibera
cionem omnis oracio ad ipsam rem accomodabitur. In
quibus extranea causa conficiet deliberacionem in
his ea ipsa causa erit ad augenda aut deprimenda
omnes oraciones eorum qui sentenciam dicent sibi
finem conveniet utilitas proponere ut omnis eorum
ad eam tocius oracionis racio conferatur.

Utilitas in duas partes in civili consultatione dividitur tutam et honestam. Tuta est que conficit instantis aut sequentis periculi vitationem qualibet racione. Hec distribuitur in vim et dolum quorum alterum separatim aut utrumque sumemus coniuncte. Vis decernitur per classem et exercitus arma tormenta revocationes hominum et alias huiusmodi res. Dolus consumitur in pecuniam pollicitationem dissimulacionem maturacionem mencionem et ceteras res de quibus magis idoneo tempore loquimur si quando de re militari aut de administracione rei publice scribere velimus. Honesta res dividitur in rectum et laudabile.

Rectum est quod cum virtute fit et officio. Id dividitur in prudenciam iusticiam fortitudinem modestiam. Prudencia est calliditas que racione quadam potest delectum habere malorum et bonorum. Dicitur item prudencia cuiusdam artificii scientia et appellatur prudencia rerum multarum memoria et usus complurium negociorum. Iusticia est equitas ius unicuique tribuens pro dignitate cuiusque. Fortitudo est rerum magnarum appeticio et rerum humilium contempcio et laboris cum utilitate quadam racione perpessio. Modestia est in animo continens

moderacionem cupiditatum. Prudencie partibus ute-
mur in dicendo si comoda cum incomodis conferemus
cum alterum sequi, alterum uitare cohartabimur. Aut
si aliqua in re cohartabimur aliquid cuius rei disciplina-
bilem scienciam poterimus habere et quomodo aut qua quicque ratione
fieri oporteat ostendemus. Aut suadebimus quippiam
cuius rei geste aut presentem aut auditam memoriam
habere poterimus // Iusticie partibus utemur si aut innocentum
aut supplicum dicemus misereri ostendere si oportere.
si ostendemus bene merentibus gratiam refferri conuenire.
Si demostrabimus male meritos ulcisci oportere et fi-
dem magnopere censebimus conseruandam. Si leges et
mores ciuitatis egregie dicemus conseruari oportere.
Si societates et amicicias studiose dicemus conseruari
conuenire. Si quod ius in parentes deos patriam natura
comparauerit id religiose colendum demostrabimus.
Si hospitia clientelas cognaciones affinitates caste colen-
das esse dicemus. Si nec precio uel gratia uel metu nec
periculo nec simultate a uia recta ostendemus oportere
deduci. Si dicemus in omnibus equale ius conuenire
statui. His itaque huiusmodi partibus iusticie si quam
rem in concione aut in consilio faciendam esse censebimus
iustam esse ostendemus et contrariis iniustam. Ita
fiet ut in hisdem locis et ad suadendum et ad dissuadendum

Sallustio Exemplo

gratia

simus comparati. Si fortitudinis retinende causa quid
faciendum esse dicemus ostendemus res celsas et magnas
sequi opportere et appeti et item res humiles et indignas
viris fortibus viros fortes preterea contempni opportere
nec idoneas dignitate sua iudicare. Item a nulla re ho-
nesta periculi aut laboris magnitudine deduci oportere
et appeti et item res humiles et indignas. antiquiorem
mortem turpitudinem haberi nullo dolore cogi ut ab
officio recedatur nullius pro rei veritate metuere ini-
micitias quodlibet pro patria parentibus hospitibus amicis
hisque rebus quas iustitia colere cogit adire periculum
et quemlibet afferre laborem. Modestie partibus utemur
si nimias libidines honoris pecunie similiumque rerum
vituperabimus si unamquamque rem certo nature termino
diffiniemus si quod ad cuique satis sit ostendemus et
nimium progredi dissuadebimus et modum unicuique
rei statuemus. huiusmodi partes virtutis sunt adau-
gende si suadebimus ut attenuande si ab his deortabi-
mur. ut hec attenuentur que supra demostravi nam
nemo erit qui censeat a virtute recedendum verum
aut res non huiusmodi esse dicatur ut virtutem possi-
mus egregiam experiri aut in contrariis rebus potius
quam in his rebus virtus constare ostendatur. Item si quo
pacto poterimus quod is qui odiat iustitiam notabit

nos demostrabimus ignauiam esse inherciam et
prauam libertatem quam prudenciam appellarit
et ineptam et garrulam et odiosam scienciam esse di
cemus quam ille modestiam ēē eam nos inherciam
dissolutam negligenciam ēē dicemus quam ille forti
tudinem nominauerit eam nos gladiatoriam et
inconsideratam appellabimus temeritatem lauda
bile est quod conficit honestatem et presentem et con
sequentem cōmemoracionem hoc nos eo modo separa
uimus a recto non qꝫ hec partes quatuor que subici
untur sub uocabulo recti hac honestatis cōmemo
racionem dare non soleant sꝫ q̄q̄ ex recto laudabile
nascatur tn̄ indicendum seorsum tractandū est hoc
ab illo neqꝫ enim solum laudis cā eum rectum seq
conueniat sed si laus consequetur nihilominus pla
cet magis recti consequendi uoluntas Cum igitur
erit demostratum ēē laudabile demostrabimus aut
ab idoneis hominibus aut si qua res honestiori ordi
ni placeat que deteriori ordine improbetur aut
aliquibus sociis aut omnibus ciuibus ex teris ciui
tatibus posterisqꝫ nostris cum huiusmodi diuisio
locorum sit in consultacione breuiter aperienda
est totius tractacio cause

Prima pars orationis scilicet exordium

Si tutum
Secunda pars orationis scilicet narratio

Exordiri licebit uel a principio uel ab in
sinuatione uel ab hisdem rationibus quibus
in iuridiciali causa si cuius rei narratio incidet ea
dem ratione narrari oportebit quoniam huiusmodi causis
finis est utilitatis et ea diuiditur in rationem tutam
atque honestam si utrumque poterimus hostendere utrumque
pollicebimur nos in dicendo demostraturos esse Si in
alterum erimus demostraturi simpliciter quid
dicturi sumus ostendemus at si nostram rationem
tutam esse dicemus diuisione utemur in uim et in con
silium nam quod in docendo rei dilucidande et
magnificande causa dolum appellabimus id in dicendo
honestius consilium appellabimus Si rationis
nostre sententiam rectam esse dicemus omnes partes recti
incident quadripartita ratione diuisione utemur si
non incidet quot erunt tot exponemus in dicendo
In confirmatione et confutatione utemur locis quos
ante confidimus ostendimus confirmandis contrariis
locis confutandis ut enim unde loci quos ante
ostendimus confirmandi sunt ita contrarii sunt
confutandi argumentationis artificiose tractatio de
ratio de 3o libro petetur Sed si acciderit aut in consul
tatione alteri a tuta ratione alteri ab honesta sententia
sic ut in deliberatione eorum qui a penus circumsessi

Si rationis ...

Quarta et quinta partes orationis

deliberant quid agant qui certam rationem suadebit
sequi his locis utetur. Nullam rem utiliorem esse in
columitate uirtutibus neminem uti posse qui suas
rationes in tuto non collocarit deos quidem non esse
auxilio eis qui se inconsulto in periculum mittant
honestum non oportere extimari quod non salutem
pariat qui rei tute rationem honestam proponet his
locis utetur uirtutem nullo tempore relinquendam
esse et dolorem si is timeatur uel mortem si ea formi
detur dedecore et infamia leuiorem esse considerare
que sit turpitudo consecutura at non inmortalitatem
nec eternam incolumitatem consequi nec esse explo
ratum illo uitato periculo in aliud periculum uen
turos uirtute uel ultra mortem proficisci esse precla
rum fortitudini fortunam quoque esse adiumento sole
re eum tute uiuere qui honeste uiuat non qui in
premia incollumis sit et eum qui turpiter uiuat
incollumem inperpetuum esse non posse. Conclusionibus
fere similibus in his et in iudicialibus causis uti
solemus nisi quod in his maxime conducat quam plu
rima rerum ante gestarum exempla proferre.

Nunc ad demostratiuum cause genus tran
seamus. Quoniam hec causa diuiditur
in laudem et uituperium quibus ex rebus laudem

constituerimus ex contrariis rebus erit uituperacio
comparanda. laus igitur pot ēē rerum externarū
corporis et animi. rerum externarum sunt ea q̄
casu aut fortuna seconda et aduersa accidere possūt.
ut genus educacio diuicie potestates glorie ciuitas
amicicia et huiusmodi que sunt et ea que hiis con
traria sunt. corporis sunt ea que nā corpori attri
buit comoda aut incomoda ut uelocitas uires dig
tas ualitudo et que hiis sunt contraria. erit igitur
hec confirmacio et confutacio u nobis et huiusmodi
causis. In hac causa principium exordium sumet
aut anēa aut ab eius de quo loquimur aut ab eor
qui audierint psona aut a re. Anrā si laudabimꝰ
aut officio facere q̄ cā necessitudinis intercedat
aut studio quod eiusmodi uirtutis sit ut omnes come
morare debeant uelle quod rectum sit aut ex alio
rum laude ostendere qualis ipsius uel noster aīmꝰ
sit. Si uituperabimus aut merito facere quod ita
tractati simus aut studio quod utile putemus ēē
ab omibus inimicam maliciam atqꝫ nequiciam
cognosci. Aut quod placeat ostendi id quod nobis
displiceat ex aliorum uituperatione. Ab eius psōa
de quo loquemur si laudabimus dicemus ueteri
nos ut illius facta uerbis consequi non possimus

34

omnes homines illius uirtutes predicare oportere ipsius facta omnium laudatorum eloquentiam ante ire. Si uituperabimus ea que uidemus contraria paucis uerbis comutatis dicta posse dicemus ut paulo supra exempli causa demonstratum est. Ab auditorum persona si laudabimus dicemus quoniam non apud ignaros laudemus nos monendi causa pauca dicturos aut si erunt ignoti ut talem uirum uelint cognoscere poterimus quoniam in eodem studio uirtutis sint apud quos laudemus atque ille qui laudatus fuerit aut sit sperare nos facile his quibus uolumus huiusmodi facta probaturos. Contraria uituperatio quoniam norint pauca de eius nequicia nos esse dicturos si ignorarent potemus ut agnoscant illius nequiciam ut uitare possint et quoniam dissimiles sint qui audiunt atque ille qui uituperatur sperare nos illius uitam uehementer improbaturos. A rebus ipsis incertos esse quid potissimum laudemus ueteri ne cum multa dixerimus plura pretereamus et que similes sententias habebunt. quibus sententiis sumuntur contraria a uituperatione principio tracta aliqua harum quas commemorauimus rationum narratio non erit ulla que necessario consequatur set si qua iaceret cum aliquod factum eius de quo loquimur a nobis narrandum sit cum laude aut uituperacione

pceptio narrandi de primo libro repetetur diuisione
hac utemur exponemus quas res sumus laudaturi
aut uituperaturi deinde ut quoq; quo ne tempore
erit res gesta ordine dicemus ut quid quodq; tute
cauteq; egerit intelligatur Sed exponere oportebit
eius uirtutes atq; uicia deinde comoda atq; inco
moda corporis aut extrenarum rerum quo ab
animo sint tractata demostrare oportebit ordine
hunc adhibere in demostranda uita debemus Ab
extraneis rebus si genus in laude quibus maioribus
natus sit in bono genere parem aut excelsiorem
fuisse presidium in uituperacione si humili genere
ipsum in suis non in maiorum uirtutibus fuisse
presidium in uituperatione si bono genere dedecoro
sum fuisse maioribus suis Si malo tamen hiis ipsis de
trimento fuisse Educatio in laude bene et honeste
quod in bonis disiplinis per omnem puericiam fuisse
educatum in uituperatione econtra se inde traxisse
apte A corporis comodis a natura in laude si sint
dignitas atq; forma laudi fuisse eam non queadmodum
modum ceteris detrimento atq; dedecori Si uires
atq; uelocitas egregia honestis hiis exercitationibus
et industriis dicemus fuisse comparata Si ualitu
do et perpetua diligentia et temperantia cupiditatum

inuituperacione

in uituperacione si erunt hec corporis comoda male
hiis p usum ditatum que casu atq3 natura tamq̄ qui
libet gladiator hiierit si non erunt preter formaz
omnia ipius culpa et intemperancia ēē dicemus
deinde reuertemur ad extraneas res et hiis cum
uirtutes ac uicia que fuerint consideraiumus
diuicie an pauptas fuerit et que potas que gloria
que amicicie que inimiacie et q̄ id fortiter inimici
ciis gerendis fecit cuius causa suscepit inimicicias
qua fide beniuolencia quo officio gesserit amicicias
in diuiciis qualis aut in pauptate cuius modi fue
rit quemadmodum habuerit in potestatibus geren
dis animum si interierit cuiusmodi eius mors
fuerit cuiusmodi res sit eius mortem consecuta ad
omnes aut res in quibus animus hominis maxīē
consideratur erunt ille quatuor uirtutes accomo
dande ut si laudemus aliud iuste aliud fortiter aliud
modeste aliud prudenter factum ēē dicemus Si
uituperabimus aliud inmodeste aliud iniuste ad
ignaue aliud stulte factum ēē dicemus pspicuū
uti exemplis o tite tute tata tibi tanta tiranne tulisti
et hic eiusdem poete quoq(ue) quisq(ue) queq(ue) quis conueni(at)
et neget et si eiusdem uerbi assiduitatem fugiemus
nimiam ea est huiusmodi. Nam cuius ronis ro non
extat ei racioni ro non est fidem adhibere et si no utem(ur)
continenter similiter cadentibus uerbis hoc modo flentes
plorantes lacrimantes obtestantes. Et si uerborum
transiectionem uitabimus nisi que erit continua qua
de re posterius loquemur quo in uicio est celius assiduus
ut hec est in priori libro has res ad te scriptas lucius
simus elli. Item fugere oportet longam uerborum
continuacionem que et auditoris aures et oratoris

spiritum ledit. His uiciis in compositione uitatis reliquum operationis consumendum est in dignitate.

Dignitas est que reddit ornatam orationem uarietate distinguens. hec et in uerborum et sententiarum exornationes diuiditur. Verborum exornatio est que ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum exornatio est que non in uerbis sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem.

Repeticio est que cum continenter ab uno et eodem uerbo in similibus rebus et diuersis principia sumuntur hoc modo. uobis istud attribuendum est. uobis gratia est habenda. uobis res ista erit honori. Item Scipio cartaginem deleuit. Scipio pacem peperit. Scipio ciuitatem seruauit. Item tu in foro prodire. tu lucem conspicere. tu in eorum conspectum uenire conaris. audes uerbum facere. audes ab istis quicquam petere. Audes supplicium deprecari. Quid est quod possis deffendere. quid est quod tibi putes concedi oportere. aut ius iurandum relinquisti. num amicos prodidisti. num in parentes manus contulisti. num denique in omni decore uoluptatus es. Hec exornatio tum multum uenustatis habet tum grauitatis et acrimonie plurimum quare uidetur esse adhibenda et ad exornandam et ad augendam orationem.

Qui terrā portas mare portas sidera portas

Conuersio est per quam non ut añ primum repetimus uerbum sed ad postremum continentur reuertimur hoc modo. penos populus romanus iusticia uicit armis uicit libertate uicit. Item ex quo tempore concordia de ciuitate sublata est amicicia sublata est res publica sublata est. Item cornelius homo nouus erat. ingeniosus erat doctus erat. bonis uiris et studiosis amicus erat. ergo in ciuitate pmus erat. Item nam cum istos ut absoluant te rogas. ut piurent rogas ut extimacionem negligant rogas ut leges populi ro. tue libidini largiantur rogas.

Complexio est que utramque complectitur exornacionem et hanc et quam ante exposuimus. et facit ut repetatur idem uerbum sepius et crebrius at idem postremo reuertatur hoc modo qui sunt qui federa sepe ruperunt cartaginenses. hii sunt qui in italia crudele bellum gesserunt cartaginenses. qui sunt qui italiam deformauerunt car. Qui sunt qui postulant sibi ignosci cartaginenses uidete ergo quid conueniat eos impetrare. Item quem senatus dampnarit quem populus romanus dãpnarit quem omnium extimacio dampnarit cur eum uestris sentenciis absoluitis

Traductio est que facit ut cum idem uerbum crebrius ponatur dum modo non offendat

animum sed etiam concinniorem orationem reddit hoc
modo qui nihil habet in vita iocundius vita is cum virtute
vitam colere non potest. Item cum hominem appellas qui
si fuisset homo numquam tam crudeliter hominis vitam petisset
at erat inimicus ergo inimicum sic ulcisci voluit ut
ipse sibi reperiretur inimicus. Item divicias sine divitiis
esse tu vero virtutem prefer diviciis nam si voles vix satis
idonee tibi videbuntur que virtutis pedisseque sunt. Ex
eodem genere est exornationis cum idem verbum ponitur
modo in hac re modo in altera hoc modo. Cur eam rem
tam studiose curas que tibi multas dabit curas. Item
nam amari iocundum est si curetur ne quid insit
amari. Item veniam ad vos si mihi senatus det veniam.
In hiis quatuor generibus exornationum que ad huc
preposite sunt non inopia verborum fit ut ad idem verbum
redeatur sepius sed inest festivitas que facilius auribus
diiudicari quam verbis demonstrari potest.

Contentio est cum ex contrariis rebus oratio
conficiatur hoc pacto habet assentatio iocunda
principia eadem amarissimos exitus tibi affert. Item
ocio inimicis te placabilem amicis inexorabilem prebes.
Item ocio tumultuaris in tumultu es ociosus. in re
frigidissima cales in ferventissima friges cum tacito opus
est clamas cum tibi loqui convenit obmutescis. Addes

abesse uis abes reuerti cupis · In pace bellum queritas. In bello pacem desideras · in concione de uirtute loqris · in prelio pignauia tube sonitum preferre nō potes hoc gnē si distinguemus orationem et graues et exornati poterimus ēē :

Exclamacio est que conficit signifficatioē doloris aut indignacionis alicuius hominis aut uerbis aut loci aut rei cuiuspiā compellacionem hoc modo Te nunc aloquor affricane cuius mortui quoq3 nomē splendori et decori extiti ciuitati · Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerūt inimicorum crudelitatem Item o perfidiose flagele q̄ fcale scelē nostro contabuistis ut cuius nitor urbis italiam nup illustrauit eo nunc uix fundamentorum reliquie manent · Item bonorum hominum insidiatores latrocinio uitam inocentissimi cuiusq3 petist̄ tantam ne ex iniquitate iudiciorum uestris calupniis assumpsistis facultatem · hac exclamacione si loco utemur raro et cum rei magnitudo postulare uidebitur ad quā uolemus indignacionem animum auditoris adducemus ·

Interrogacio non omnis grauis est nec concinna s̄ ad hec que cum enumerata sunt ea que obsint aduersariorum esse confirmat

superiorem orationem hoc modo cum igitur hec omnia faceres diceres administrares utrum animos sociorum a romano populo removebas et alienabas an non utrum aliquem exortari oportuit qui ista prohiberet ac si non fieret an non

Ratiocinatio est per quam non ipsi a nobis rationem poscimus quare quicque dicamus et crebro nos met a nobis petimus uniuscuiusque propositionis explanationem. Ea est huiusmodi maiores nostri si quam unius peccati mulierem dampnabant quid ita quia necesse est eam que suum corpus adduxerit turpissime cupiditati timere per multos quos istos viros parentes ceteros ad quos videt sui dedecoris infamiam pertinere. Quid postea quis tantopere timeat eos necesse est ut quoquo modo possit beneficio petat quare quia nulla potest honesta ratione retinere eam quam magnitudo peccati facit timidam. Intemperantia audacem natura mulieris incompederatam faciat necesse est quid beneficii dapnatam putabant quidem impudicitias quos nescio. Quare qui nulla facilius ad id maleficium causa quam turpis amor et inmoderata libido commovere poterit cum eius mulieris animus esset corruptus eius corpus castum non putaverunt esse.

Quid in uiris. Idem ne obseruabant minime quid ita quia uiros ad unumquodque malum cupiditates compellunt mulieres ad omnia malefitia cupiditas una ducit. Item bene maiores hoc comparauerunt ut neminem regem quem armis cepissent uita priuarent. Qd ita quia quam nobis fortuna facultatem dedisset iniquum erat in eorum supplicio consumere quos eadem fortuna paulo ante in amplissimo statu collocaret. Quid quod exercitum contraduxit desino meminisse qd itaque uiri fortis est qui de uictoria contendat eos hostes putare qui uicti sunt eos homine iudicare. ut possit bellum fortitudo minuere pacem humanitas augere. et ille si uicisset non idem fecisset. nisi profecto tam sapiens fuisset. cur igitur ei parcis quia talem stultitiam contempnere non imitari consueui. Hec exornatio ad sermonem uehementer accomodata est et animum auditoris uehementer retinet attentum cum uenustate sermonis tum rationis expectatione.

Sententia est oratio sumpta de uita que aut quid sit aut esse oporteat in uita breuiter ostendit hoc pacto difficile est cum primum reuereri uirtutes qui semper secunda fortuna sit usus. Item liber is est existimandus qui nulli turpitudini seruit. Item egens is est eque qui non satis habet et is cui satis nihil

potest ee. Item optima uiuendi rõ est eligenda eam iocundam consuetudo reddat. Huiusmodi sñie simplices non sunt improbande preterea qꝫ hẽt sezz breuis exposicio si rõnis nullius indignet magnã delectacionem. Sed illud quoqꝫ probandum est genus sñie qꝫ confirmatur subiectione racionis hoc pacto omnes bn uiuendi raciones in uirtute sunt collocande preterea qꝫ sola uirtus in sua potãte est. Omnia enim preter eã subiecta sunt sub fortune dnacione. Item qui fortunis alicuius inducti amicicia eius secuti sunt hii simul ac fortuna delapsa est deuoluat omnes cum enim ea res recessit que fuit consuetudinis cã nihil superest quia possint in amicicia retineri. Sunt item sentencie que dupliciter efferuntur hoc modo sine rõne erant qui in prosperis rebus omnes impetus fortune se putant fugisse sapienter cogitant qui temporibus secundis casus aduersos maxime reformidant. Cum rõne hi pco qui adolescencium pecatis ignosci putant oportere falluntur pꝑea qꝫ etas illa non est impedimento bonis studiis at hii sapienter faciunt qui adolescentes maxime castigant ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri possint eas in etate maturissima uelint copare. Sentencias int'põi raro conuenit ut rei auctores non uiuendi pceptores uideamus ee cum ita opponentur multum afferunt

ornamenti nec enim est animo comprobet eam tacitus auditor cum ad causam videat accomodari rem certam ex vita et moribus sumptam

Contrarium est fere idem quod contentio contrarium est quod ex rebus diversis alteram breviter et facile confirmat hoc modo Nam qui suis rationibus inimicus fuerit eum quo modo alienis rebus amicum fore speres. Item nam quem in amicicia perfidiosum cognoveris eum qui putas inimicitias cum fide habere posse. Aut qui privatus intollerabili superbia fuerit eum commodum et cognoscentem in potestate sui fore qui speres. Et qui in sermonibus et conventu amicorum non verum dixerit nunquam eum putes in concionibus a mendacio temperaturum. Item quod ex collibus deiecimus cum hiis in campo metuimus dimicare qui cum plures erant paucis nobis exequari non poterant hii postquam pauciores sunt metuimus ne sint superiores. Hoc orationis genus breviter et continuatis verbis factum debet esse et cum comodum est auditu propter brevem et absolutam conclusionem tum vero vehementer id quod opus est oratori comprobat contrarias res et ex eo quod dubium non est expedit illud quod est dubium ut dilui non possit aut multo difficillime possit.

Membrum orationis appellatur res breviter absoluta sine totius sententie demonstratione que de uno alio membro orationis excipitur hoc modo. Et inimico proderas id est unum quod appellatur membrum deinde hoc excipiatur oportet ab altero et amicum ledebas. Ex duobus membris sius hec exornatio potest constare si comodissima et absoluta est sed comodissima et absoluta est que ex tribus constat hoc pacto, et inimico proderas et amicum ledebas et tibi ipsi non consulebas. Item nec rei publice consuluisti nec amicis profuisti nec inimicis restitisti.

Articulus dicitur cum singula verba intervallis distinguentur cesa oratione hoc modo acrimonia voce vultu perterruisti adversarios. Item inimicos invidia iniuriis potencia perfidia sustulisti. Item huius generis et illius superioris vehementia hoc interest quod illud tardius et rarius venit. Itaque in illo genere ex remotione brachii et contursione dextre ad corpus afferri. In hoc autem crebro et celeri corporis vulnere sauciari videtur.

Continuatio est densa et continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum ea comodissime utemur tripartita in sententia in contrario et in conclusione. In sententia hoc pacto ei non multum

potest obesse fortuna qui sibi firmius in uirtute quam in casu presidium collocauit. In contrario hoc modo: nam si quis spei sibi non multum collocarit in casu, quid est quod sibi casus magnopere obesse possit. In conclusione hoc pacto: quod si in eos plurimum ualet fortuna qui suas rationes omnes in casu intulerunt, non sunt omnia comittenda fortune ne magnam nimis in nos dominacionem habeat. In hiis tribus generibus ad continuacionis uim adeo necessaria est frequentacio ut infirma facultas oratoris uideatur nisi sentenciam in contrario et conclusionem frequentibus offerat uerbis. Sed et alias quoque non numquam non alienum est tametsi necesse non est eloqui res aliquas per huiusmodi continuaciones.

Salus Iacobo

[illegible]

[illegible]

Compar

[illegible]

Compar appellatur quod habet in se membra orationis de quibus ante diximus que constat fere ex pari numero sillabarum. Hoc non de nostra enumeracione fiet. Nam id quidem puerile est, sed tamen affert usus et exercitatio facultatis ut animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus hoc pacto: In prelio mortem oportebat; domi filius nupcias comparabat; hec omnia graues casus administrabat. Item: Illi fortuna dedit felicitatem, huic industria uirtutem comparauit. In hoc genere sepe fieri potest ut non plane par numerus sillabarum sit et tamen esse uideatur

[illegible]

Si una ac etiam altera silaba est alterum brevius
aut si cum in altero plures sint in altero longior
aut longiores sint · plenior aut pleniores sillabe
erunt et longitudo aut plenitudo harum multi-
tudinem alterius consequatur et exequet.

Similiter cadens exornatio appellatur
cum in eadem constructione verborum
duo aut plura sunt que similiter hisdem casibus
efferantur hoc modo · hominem laudas egentem
virtutis habundantem felicitatis · Item et omnis in
pecunia est spes a sapiencia animus est remotus dili-
gencia competat divicias negligencia corrumpit aiug
et tamen cum ita inuitur nullum prese ducat hominem

Simile desinens est cum tametsi casus non
insinit verbis tamen similes exitus sunt hoc pa-
cto. Turpiter audes facere · nequiter studes dicere · vi-
vis invidiose delinquis studiose · Item audacter
territas humiliter placas hec duo genera quorum alterum
in exitum alterum in casuum similitudinem versatur
et inter se vehementer conveniunt et ea re qui his
bene utuntur · plerumque simile ea collocant in hisdem
partibus oracionis plerumque hoc modo facere oportet
perditissima ratio est amorem petere pudorem fugere
diligere formam negligere famam // Hic et ea verba

que casus hnt ad casus similes et illa que non hnt ad
similes exitus ueniunt.

Annominacio est cum ad idem nomen acceditur
uel uerbum bis ponitur cum mutacione fin
uoti et quandam comutacionem supponit uel uni
l're uel l'rarum sillabe uel sillabarum ita ut consimi
lia uerba sub tali mutacione ad res dissimiles det.
Ea multis et uariis r̄onibus conficitur attenuacione
aut complexione eiusdem l're. Attenuacione eiusdē
l're sic. hic qui magnifice iactant et ostentat se uenit
anteq̄ romam uenit. Et ex contrario sic hic quos ho
mines alea uicit eos statim ferro uicit. produccione
eiusdem l're sic dulcedo auium ducit ad auium.
porreccione sic. hic tam et si ut ēē honoris cupidus
magis tn̄ curiam diligit q̄ntum curiam. Addendis
l'ris hoc pacto hic sibi posset temperare in malet opte
perare. Demendis l'ris hoc modo si lenones uitasset
taq̄ leones uite se tradidisset. Transferendis l'ris
sic iudices uidete utrum hoi uano an uano cede
uelitis nolo ēē laudator ne uidear adulator. Cō
mutandis hoc mō bre diligere. oportet quem uelis
diligere. hec aut añominaciones etiam in l'rarum
breui comutacione aut aliquo huiusmodi gn̄e
uersantur. Sunt autem alie que non hnt tam ppiqua

similitudinem in uerbis et tn̄ dissimiles non sunt qbus
de gn̄ibus unum est huiusmodi quid ueniam qui siē
quare ueniam quem insimulem cui prosim quem
postulem breuiter cognoscetis nam hic est in quibusd
uerbis quedam similitudo non tam affectanda q̄
ille superiores similitudines s; tn̄ adhibenda n̄o nūq̄
Alterum genus huiusmodi demus operam quirites
ne omnino patres conscripti circūscripti putentur
Hec annominacio non magis accedit ad similitu-
dinem q̄ superior sed minus q̄ ille superiores ppea
quod non solum addite sed uno tempore dēpte quoz
lr̄e sunt Tercium genus est quod uersatur in casuū
comutacione aut unius aut plurimorum nominū.
Vnius nominis hoc modo Alexander macedon sūmo
labore animum ad uirtutem apueritia confirmauit
Alexandri uirtutes per orbem terre cum gloria et lau-
de uulgate sunt Alexandrum omnes maxime me-
tuerunt et plurimum dilexerunt Alexandro si uita
longior data ēēt transuolasset occeanum macedonū
uarie hic nomē unum in comutacione casuum uo-
luntatum est plurima nomina casibus comutatis
hoc modo non faciet annominacionem. Tiberium
graccum rem publicam administrantem prohibuit
indigna nex in ea diucius commorari Gaio graccho

occisso est oblata qui uirum rei publice amantissi
mum subito de sinu ciuitatis eripuit Saturninu
fide raptum maiorum natum pfidia pscelus uita
priuauit Tuus odiasse sanguis domesticos parietes
et uultum parentis asperexit Sulpicio cui paulo an
omnia concedebant eum breui spacio nō mō uiue ꝭ
et sepelliri prohibuerunt Hec tria genera proxima
exornacionum quorum unum in simili cadentibꝫ
alterum in similiē desinentibꝫ uerbis Terciū in anō
minacionibus positum est p raro sumeda sunt cum
in ueritate dicemus ppea quod non uideretur posse
reperiri sine laboracione et assūpcione opere Eiusmū
autem studia magis ad delectacionem q̄ ad ueritatē
uidentur accomodaciora q̄ fides et grauitas et securi
tas oratoria minuitur His exornacionibus freqnē
collocatis non mō auctoritas dicendi tollitur sed
offenditur quoqꝫ in huiusmī orōne auditor ppea
q̄ est in hiis lepos et fastiuitas nō dignitas neqꝫ pulcritu
do Quare que sunt ampla et pulcra diu placere pos
sunt que lepida et conana cito sacietate afficiunt autem
sensum fastidiosissimum Quomodo ergo si crebro
utemur his generibus puerili uidebimur elocucōe
delectari ita si raro interseremus has exornaciones
et in tota cā uarie dispergemus comode luminibus

distinctis illustrabimus orationem

Subiectio est cum interrogamus aduersarios aut querimus ipsi quid ab illis aut quid contradici possit. Deinde subicimus id quod oportet dici aut non oporteat, aut nobis adiumento futurum sit aut illis ob futurum contrario hoc modo. Quero igitur unde iste tam pecuniosus sit factus. Amplum patrimonium relictum est non ac bona patris uenierunt. hereditas ab aliqua parte obuenit non pot dici sed eciam a necessariis omnibus hereditate est. premium aliquod ex lite aut ex iudicio cepit non mo id non fecit sed eciam insuper grandi sponsione uictus est. Ergo si ab hiis rationibus non est locupletatus sicut omnes uidetis aut isti domi nascitur aurum aut unde non est licitum pecunias accepit. Item sepe iudices animaduerti multos at quod ex honestate qui nam neque inimici quidem criminari possunt sibi presidium pete quorum nihil pot aduersarius facere. Nam utrum ad patris uirtutem confugiet at enim patrem uos iurati capite dapnastis aut ad suam reuertetur antiquam uitam alicubi honeste tractaui non nam hic quidem ante oculos uestros satis omnes at cognatos enumerabit suos quibus non conueniat commoueri. At hii quidem nulli sunt amicos proferet. At nemo est qui

sibi turpe non putet istum amicum nominari. Item credo inimicum nominari quem innocentem putabas in iudicium adduxistis non. nam eum indampnatum necasti leges que id facere prohibebant uitas es ac nec sciptas quidem iudicasti cum ipe ueereris amiciciae comonitionem faceret comotus es at nil secundum accidisti. Quid est tibi pueri ad pedes uoluptarentur mia motus es ac eorum patrem crudelissime quoque sepultura prohibuisti. Multum est acrimonie et grauitatis in hac exornacione propterea quod dum quesitum est quid oporteat subicitur id non esse factum quasi facillime fit ut ea exaugeatur indignitas negocii. Ex eodem quoque genere ut ad nostram personam refferamus subiectionem faciamus sic. nam quid me facere conuenit cum a tanta gallorum multitudine circunsederet aut dimicare aut cum parua manu tam prodiremus. locum quoque inimicissimum habebamus absederemini castris at neque subsidium quod expectabam hoc etiam neque erat quo uitam producerem castra relinquerem at obsedebamini uitam militum negligerem at eas uidebat ea accepisse condicione ut eas quoque ad posse incolumes patrie et parentibus conseruarem hostium condicionem repudiarem ac solus antiquior est militum quam impedimentorum. Huiusmodi consequitur

identidem subiectiones aut ex omnibus ostendi ui-
deatur nihil potius q̄ quod factum sit faciendū
esse alias fuisse.

Gradacio est in qua non ante ad consequēs
uerbum descenditur q̄ ad superius ascēsū
sit hoc modo. Nam que reliqua spes manet liber-
tas si illis quodlibet licet et quod licet possunt et
quod possunt audent et quod audent faciunt nob
molestum non est. Item non sensi hoc et non suasi
neq; suasi et non ipse facere statim cepi et nō pfeci
neq; perfeci et non probaui. Item affricano industria
uirtutem uirtus gloriam gloria emulos comparauit.
Item imperium egregium fuit apud etheniēses Athe-
niensibus potiti sunt sparte. spartes superauere the-
bani qui ad imperium grecie breui tempore ad
iunxerunt asiani bello subactam hēt in se quēdā
leporem superioris cuiusq; crebra reppetitio uerbi q̄
propria est huius exortationis.

Diffinicio est que rei alicuius proprias am-
plectitur potestates breuiter et absolute. hc
mo. Magestas rei publice est in qua continetᷓ dignitas
et amplitudo ciuitatis. Item iniurie sunt que
aut pulsatione corpus aut conuicio aures aut
aliqua turpitudine uitam cuiuspiam uiolāt

Item non est ista fortitudo sed temeritas diligencia avaricia ideoque diligencia est accurata conservacio suorum avaricia est iniuriosa appeticio alienorum. Item non est ista fortitudo sed temeritas propterea quod fortitudo est contempcio laboris et periculi cum racione utilitatis et compensacione comodorum Temeritas est causa inconsiderata laborum perpensione gladiatoria periculorum suscepcio. Hec ideo comoda parat exornacio quia dictum rei cuiuspiam uim et potenciam ita dilucide declarat et breuiter ut neque pluribus uerbis oportuisse dici uideatur nec breuius potuisse dici putent.

Transicio uocatur que cum ostendit breuiter quid dictum sit proponit. Item quid consequatur hoc pacto. Modo in patria cuiusmodi fuerit habetis nunc in parentes qualis fuerit considerate. Item mea in istum beneficia nostis. Nunc quomodo iste mihi graciam retulerit considerate. proficiat hec aliquantulum exornacio ad duas res. Nam et quod dixerit commouet et ad reliquum parat auditorem.

Correctio est que tollit id quod dictum est et id quod magis idoneum uidetur repponit hoc modo si iste suos hospites rogauisset immo innuisset immo facile hoc perficere potuisset. Item nam postquam isti uicerit

imo adeo uicti sunt · eam qui non uicti sunt uictoria
appellem que uictoribus plus calamitatis q̄ boni
dederit · o uirtutis comes inuidia bonos consequens
imo plerumq; adeo insectatis Comōuet hoc gn̄e aīs
auditoris · Res enim comuni uerbo ellata tm̄ mō dicta
uidentur / Ast ea post ipsius oratoris correctionem magis
idonea sit pronunciatione / non igitur satis ēē dicet
aliquis ab inicio presertim cum scribas ad optimū
et clementissimum uerbum est cum non est sacius
si commutacio id uerbi erit demostratā cuiusmodi
rem ēē ut cum ēā cōi uerbo appellaris leuius dixisse
uidearis cum ad electius uerbum accedas insigniorē
rem facias q̄ si continuo uenisset ad uerbum id nec rei
nec uerbi gracia aīa dūsa fuisset

Occupacio est cum diximus nos preterire aut
non scire aut nole dicere id quod tum ma-
xime dicamus hoc modo · Nam de pueritia quidez
tua quam cum omni intemperancia adduxisti dicere
si hoc ipē idoneum putarem · Nunc ex consulto reli-
quo et illud pretereo quod tribuni rei militaris te
infrequentem crediderunt / deinde q̄ iniuriarum satisfe-
cisti · l · labeoni nihil ad hanc rem ptinere puto horū
nihil dico reuertor ad illud de quo iudicium · Item
non dico te a sociis pecunias recepisse · non sum in eo

occupatus q civitates regna comes omnium depecùlatus es. furta rapinas omnes tuas omitto. Hec utilis est exornatio si aut rem que non pertinebat aliis ostendet occulte amonuisse prodest. aut longum est. aut ignobile non pot fieri aut facile reprehendi utilius sit occulte fecisse suspicionem quam eiusmodi intendisse orationem que redarguatur

Disiunctio est cum rerum de quibus dicimus aut utrumque aut unumquodque certo concluditur verbo. Sic. p. r. numantiam delevit cartaginem sustulit corinthum disiecit. fregelias everti nihil numanciis vires corporis auxiliate sunt nihil cartaginensibus sciencia militaris adiumento fuit. nihil corinthiis erudita calliditas presidii tulit. nihil fregiliarus modis modus rerum et sermonis societas opitulata est. Item forme dignitas aut morbo deflorescat. aut vetustate extinguitur. hic utrumque in superiore exemplo vestra quam que re certo concludi videtur.

Coniunctio est cum interposicione verbi et superiores partes orationis comprehenduntur et superiores hoc modo. forme dignitas aut morbo deflorescat aut vetustate.

Adiunctio est cum verbum quo res comprehenditur non interponimus aut primum aut postremum

collocamus primum hoc pacto defloreseat forme digni-
tas · aut morbo aut uetustate forme dignitas defloreseat.
Ad festiuitatem disiunctio est apposita que rarius ea
ne saciam rem pariat. At breuis coniunctio pariat qua-
re sepius adhibenda est. Hae tres exornaciones de simplici
genere mouent.

Conduplicacio est cum ratione amplificacionis
aut comiseracionis eiusdem uerbi aut plurium
uerborum iteracio fit hoc modo. Tumultus g. grachi tu-
multus domesticos et intestiuos compet. R. p. radiatus.
Item comotus tepedes mater amplexatur
non es commotus. Item nunc audes etiam uenire in horum
conspectum proditor inquam patrie uerare audes in horum
conspectum. Vehementer auditorem monet eiusdem
reintegracio uerbi et uulnus maius efficit in contrario
cause quasi aliquod tellum sepius perueniat in eandem
partem corporis.

Interpretacio est que non iterans idem reinte-
grat uerbum sed id comutat quod positum
est alio uerbo quod idem ualeat hoc modo rem p. radi-
citus euertisti ciuitatem funditus deiecisti. patrem ne-
pharie uerberasti. parenti manus scelerarias intulisti.
Necesse est eius qui audit animum commoueri cum
grauitas prioris dicti renouatur interpretacione uerborum.

Commutacio est cum due snie inter se discre-
pantes ex transiectione ita efferuntur ut a
priore posterior contraria priori proficiscatur hoc mo·
esse oportet ut uiuas non uiuere ut edas · Item care poe-
mata non facio quia cuiusmo possum non uollo cuius
modo uollo non possum // Item quod de illa dicitur dici
non potest et quod dici potest non dicitur Item poe-
ma loquens pictura est Tacitum poema ~~dicitur~~ debet
ee // Item si stultus es quare taces non tn si taces stultus
es // Non pot dici quim comode fiat cum contrarie
snie relacione uerbi quoq3 conuertantur plura subi-
ciemus exempla ut qm difficile est hoc genus exorna-
cionis inuentu dilluadum eet ut cum bene ee intelectu
facilius in dicendo nos aliquam rem totam tradere
et concedere alia uoluntati sic Qm omnibus rebus
solum mihi est animus et corpus hic ipa qm multis
concessa est uerbis et nre misericordie condono potestati
uos me uo quo pacto uobis uidebitur utamini atq3
abutamini licebit imponite in me quid libet statuite
dicite atq3 obtemperabo Hoc genus tam et si alias
quoq3 non nunq tractandum est tn ad misericordia
commouendam uehementissime est accomodatum
Dubitacio est cum querere uideatur orator sm
de duobus pocius aut quid potissimum de ptibus

dicat hoc modo. Obfuit eo tempore multum rei publice consulum siue stulticiam siue maliciam dicere oportet siue utrumque. Item tu istud ausus es dicere homo omnium mortalium quero nam quo te digno moribus tuis appellem nomine

Expedicio est cum racionibus compluribus enumeratis quibus aliqua res non potuerit relinquitur quod nos intendimus hoc modo. necesse est cum constet istum fundum nostrum fuisse ostendas te aut uacuum possedisse. aut usucapione tuum fecisse aut emisse. aut hereditate tibi uenisse. Vacuum cum ego adessem possidere non potuisti tuum eciam usu fecisse non potes empcio nulla prefertur hereditate tibi me uiuo mea pecunia uenire non potuit relinquitur ut me ergo ui de meo fundo ieceris. Hec exornacio plurimum iuuabit coniecturales argumentaciones sed non erit tamquam in pleri sque. ut cum uelimus ea possimus uti nam facere id non poterimus nisi uobis ipsa negocii natura dabit facultatem.

Dissolucio est que cum coniunctionibus uerborum ex medio sublatis separatis partibus effertur hoc modo. Gere morem parenti pare cognatis obsequere amicis obtempera legibus. Item descende in integram deffensionem. noli quicquam recusare. da seruos in questionem stude

uerum inuenire, hoc genus et acrimoniam h(abe)t in se et uehementissimum est et ad breuitatem accomodatu(m).

PReassio est cum dictis quibusdam reliquu(m) quod inceptum est dici relinquitur inchoatum sic. Mihi tecum precertacio non est ideo q(uia) p(o)p(u)l(u)s ro(manus) me nolo dicere ne cui forte arrogans uidear te aut sepe ignominia dignum putauit. Ite(m) tu nu(n)c istud audes dicere. qui nuper aliene domui non ausis dicere ne cum digna te dixerim me indignum quippiam dixisse. h(ic) atrocior suspicio q(uam) diserta explanacio facta est.

COnclusio est q(uae) breui argumentat(io)ne, ex hiis que ante dicta sunt conficit q(uo)d necc(essari)o consequatur hoc modo. Quod si datum erat oraculum non posse capi troia sine philotece sagittis. hee autem nihil aliud fecerunt nisi alexandrum pertulerunt hunc extinguere ni mir(um) capi fuit troia. Restant autem .x. exornaciones uerborum quas igitur idcirco non uage dispersimus s(ed) a superioribus separauimus quod omnes in uno g(e)n(er)e sunt posite. nam harum omniu(m) hoc proprium est ut ab usitata uerborum potestate recedatur atq(ue) in aliam r(ati)onem cum quadam uenustate or(ati)o conferatur de quibus exornacionib(us) nominacio est

primaq; nos admonet ut cui9 rei nomē aut non sit aut
satis idoneum non sit ea nos met idoneo uerbo noīem9
aut mutacionis aut significacionis cā mutacionis hoc
modo ut maiores rudē et mugire et murmurare et
sibillare appellarunt. Aut significande rei cā sic postq̄
iste romanus pontifex fecit impetum fragor ciuitatis
in primis est auditus hoc gnē rone est utendum ne
noui uerbi assiduitas odium pariat. Sȝ si comode
quis proferat et raro ita et non modo offendet noui-
tates sȝ etiam exornat orōnem.

Prenominacio est que sicuti cognomine quodā
extraneo demostrat id quod suo nomine non
pōt appellari. Ut si quis cum lode geachis an tīo
affricam nepotes inquiet istius modi fuerunt. Item
si quis de aduersario cum dicat. Videte nunc inqt
iudices quemadmodum me plagio sippus iste
tractarit. hoc modo inordinate poterim9 et in lauda-
do et in ledendo aut in corpore aut in aīo. aut extneis
rebus dicere. sicuti cognomē quod pro certo nomē
collocamus.

Denominacio est que a rebus propinquis et
finitimis trahit oracionem qua possit intel-
ligi res que non suo uocabulo sit appellata. Id ad
aut ab inuento colligitur aut ab inuentore cōficitur.

Et si quis de carpeio loquens eum capitollinum
nominet aut ab inuento ut si quis pro libero ui-
uum pro cerere frugem appellet aut ab instro dnz
dicamus ut si quis macedonas appellarit hoc modo
non tam cito sarisse gracia potite sunt aut idem
apud gallos significans nec tam facile ex italia tran-
salpina armatura transacta est depulsa est. Aut
id quod fit ab eo qui facit ut si quis cum bello uelit
ostendere aliquid quempiam fecisse dicat mars istu
re face necto coegit aut si quis faciat ab eo quod fit
ut cum desidiosam artem ee dicamus quam piger
efficiat ab eo qp continet id quod continetur hoc modo
deuincitur armis italia non pot uinci nec grecia disci-
plinis. Nam hic que grecas et italis continet notata
sunt ab eo quod continetur id quod continet ut si
quis aurum uel argentum aut ebur nominet cum
diuicias uelit nominare. Harum omnium denomi-
nacionum magis in preacipiendo diuisio quam in quę-
rendo difficilis inuencio est. Ideo cuius plena consue-
tudo est non modo poetarum et oratorum sed etiam
quotidiani sermonis huiusmodi denominacionum

Circuitio est oro rem simpliciter assumptam
circumscribens hoc mo Scipionis prouidencia
cartaginis opes fregit. Nam hic nisi ornandi quedam

ro est habita scipio potuit et cartagio simplicitate appellari.

Transgressio est que uerborum perturbat ordine aut peruersione aut transiectione. peruersione si hoc uerbo dictus inmortales arbitror dedisse uirtute pro uestra. Transiectione hoc modo. instabilis in istum plurimum fortuna ualuit omnes inuidiose eripuit bene uiuendi casus. facultates huiusmodi traiectio que rem non reddit obscuram multum prodeerit ad continuationes de quibus ante dictum est. In quibus uerbis oportet sicut a poetis in quendam extructe uerum ut perfecti et perpollitissime possunt esse absolute.

Superlatio est oratio superans ueritatem alicuius augendi minuendi ue causa. Hec sumitur separatim aut comparacione. separatim sic. Quod si concordiam retinebimus in ciuitate imperii magnitudinem solis ortu atque occasu meciemus. Cum comparatione aut a similitudine aut superlatio a presencia sumitur. Ad similitudinem sic corporis candorem niueu aspectu igneum ardorem assequebatur. A presencia cuius ore sermo melle dulcior perfluebat eodem genere hoc est bauc[?] erat in armis splendor ut solis fulgur obscurior uideretur.

INtelectio est cum res tota parua de pte cognoscatur aut de toto pars. De parte tot~m sic intelligitur non ille tenupciales tibie eius matrimonii commouebant nam hic omis sanctimonia nuptiarum uno signo tibiarum intelligitur. de toto partem ut si quis ei qui uestitum aut ornatum sumptuosum ostentat in diuitias et locupletes copias iactas. Ab uno plura intelligentur hoc mo peno fuit ispanus auxilio stut imanis ille transalpinus in italia quoque non uonio sensit idem rogatus. A pluribus unum sic intelligitur atrox calamitas pectora meror repulsat. Itaque auellans ex imis pulmonibus paira ducebatur spes. Nam in superioribus plures yspani et galli et togati et id unum pectus et unus pulmo intelligitur et erit ibi nus diminutus festiuitatis ca. hic adauctus grauitas gratia.

Abusio est que simili uerbo et propinquo pro certo et proprio abutitur. hoc modo. Vires hois breues sunt aut parua statura aut longum in homine consilium aut oro magna aut uti pauco sermone. Nam hic facile est intelectu finitima uerba rerum dissimilium rone abusiois esse traducta.

ordini honestissimo macule atque dedecori sit quod pare-
tes hetis ostendite istius supplicio uobis homines im-
pios non placere. Quibus liberi sint statuite exem-
plum quante pene sint in ciuitate hominibus istius-
modi comparate. Item senatus est officium consilio ciui-
tatem iuuare magistratus est officium opera et dilige-
ncia consequi populi uoluntatem populi officium est res
optimas et homines idoneos maxime suis sentenciis
dilligere et probare. Accusatoris officium est inferre
crimina deffensoris diluere atque propulsare. Testis dicere
que sciuit aut audierit questoris est unumquemque horum
in suo officio continere. Quare L. cassi in causis si testes
preterquam que sciat aut audierit argumentari et coniectu-
ram prosequi paceris ius accusatoris cum iure testi-
monii commiscebis testis improbi cupiditatem confirma-
bis reo duplicem deffensionem parabis. Hec est exornacio
copiosa conprendit enim in breui multa suum cuique
tribuens officium et separatim res diuidit plures.

Licencia est cum apud eos quos uereri aut me-
tuere debemus cum aliquid pro iure nostro
dicimus quod eos minime offendat aut quos hii diligunt
cum aliquo in errato uere deprehendi posse uident
hoc modo miramini cum uirites quod ab omibus nostre rationes
deserantur. quod causam uestram nemo suscipiat quod

se nemo uestrum deffensorem confiteatur. id tribu
ite nr̄e culpe. atq; id desinite imitari. Quid est eni
quare non omnes istam rem fugere ac uitare debeat.
Recordamini quod habueritis deffensores studia eor
uobis ante oculos proponite. deinde exitus omnium
considerare. Tunc uobis ueniet in mentem ut uere
dicam negligencia uestra sine ignauia pocius illos oes
ante oculos uestros trucidatos ēē inimicos eorum uestris
suffragiis in amplissimum locum peruenisse. Item na
quid fuit iudices qr in snīis ferendis dubitaueritis
aut istum hominem nepharium ampliaueritis. nūc
aptissime res erant criminū date. nū omes hec testib;
comprobate. nū contra tenuiter et nugatorie respōsū
est. hic uos ueriti estis si primo cetu condempnasetis
eum ne crudeles extimaremini dum eas uitastis uitu-
peraciones que longe a nobis aberat affuturas eas in-
uenistis ut timidi atq; ignaui putaremini. maximas
priuatas et publicas calamitates accepistis cum etiam
maiores impendere uideantur. Sedetis et oscitamini
luce noctem nocte lucem expectatis aliquid quotidie
acerbi atq; incomodi nūciatur et cum eius opa nobis
hec accidunt. Vos remoramini. diutius et alitis ad
rem pu. perniciem detinetis quo ad potestis in ciuitate
Eiusmodi licencia si nimpium uidebitur acrimonie

hec multis mitigationibus lenietur nam in continuo
aliquid huiusmodi licebit inferre. hic ego uirtutem
uestram quero sapientiam desidero ueterem consue-
tudinem requiro ut quod erit commotum licencia
id mitigetur laude ita ut altera res ab iracondia
et molestia remoueat altera res ab errato deterreat
hec res sicut in amicicia ita in dicendo si loco fit maxime
facit ut et illi qui audient a culpa absint et nos qui
dicemus tam amici ipsorum illi qui audient a culpa
absint et nos qui dicemus tam amici ipsorum quam ueri-
tatis esse uideamur. est autem quoddam genus in dicendo
licencie quod de astucia ratione comparatur cum aut ita
obiurgamus eos qui audiunt quomodo ipsi se cupiunt ob-
iurgari aut id quod scimus facile omnes audituros
dicamus nos timere quomodo accipiant sed tamen ueritate commo-
ueri ut nihilo secius dicamus horum amborum
gratia exempla subiciamus prioris huiusmodi nimium
quirites animis estis simplicibus et mansuetis nimium
creditis unicuique existimatis unumquemque eniti ut perfi-
ciat quod uobis pollicitus sit. Erratis et falsa spe frustra
iam diu detinemini. Stulticia uestra est qui quod
erat in uestra potestate ab aliis petere quam ipsi sumere
maluistis. posterioris licencie hoc erit exemplum. mihi
cum isto iudices fuit amicicia sed ista amicicia tam et si-

uereor quo animo accepturi sitis tamen dicam uos me persuastis quid ita quia ut uobis essem probatus cum qui uos oppugnabat inimicum potius quam amicum habere nolui Ergo hec exornatio cui licentie nomen situm demostramus duplici ratione tractabimus Acrimonia quoque si nimium fuerit aspera mitigabitur laude et assimulatione de qua superius diximus que non mitigationis indiget propterea quod imitatur licentiam et sua sponte se ad animum auditoris accomodat.

Diminutio est cum aliquid inesse in nobis aut in hiis quos deffendimus aut natura aut fortuna aut industria dicemus egregium quod ne qua significetur arrogans ostentatio diminuitur et attenuatur oratione hoc modo Nam hoc pro meo iure iudices dico me labore et industria curasse ut disciplinam militarem non in postremis tenerem hic si quis dixisset ut optime eam tenerem et si uere dixisset tamen arrogans uisus esset nunc et ad inuidiam uitandam et laudem operandam satis dictum est Item igitur uiteum causa auaritie aut egestatis accessit ad arrogantiam auaritie at largissimus fuit in amicos quod signum libertatis est que contraria est auaritie Egestatis at huic quidem pater nolo dicere nimium non tenuissimum patrimonium reliquit hic quoque uitata

est ne magnum

est ne magnum aut maximum diceretur hoc igitur in nostris aut eorum deffendimus egregiis comodis proferendis observabimus. Nam huiusmodi res et inuidiam contrahunt in uita et odium in oratione si inconsiderate tractes. Quare quemadmodum ratione in uiuendo fugitur inuidia. ita et in dicendo consilio uitatur odium.

Descripcio nominatur que rerum consequentium perspicuam et dilucidam cum grauitate expositionem hoc modo. Quod si istum iudices uestris sentenciis liberaueritis. statim sicut a cauea leo missus aut aliqua teterrima belua soluta est catenis uolutabit et uagabitur in foro acuens dentes multos in cuiusque fortunas in omnes amicos atque inimicos notos atque ignotos incursans aliorum famam depeculans aliorum caput oppugnas aliorum domum atque omnem familiam perstringens rem publicam funditus labefactans. Quare iudices eicite eum de ciuitate liberate omnes formidine uobis denique ipsis consulite. Nam si istum impugnatum dimiseritis in nos metipsos mihi credite feram truculentamque bestiam iudices dimiseritis. Item nam si de hoc iudices grauem sentenciam tuleritis uno iudicio simul multos iugulaueritis. grandis natu parens cuius spes senectutis omnis in huius adolescencia posita est. quasi uelit in uita manere non habebit filii parui priuati patris auxilio

ludibrio et despectui patriis inimicis erunt oppositi
tota domus huius indigna concidet calamitate aut
inimici statim sanguinolenta palma crudelissima victo-
ria potiti insultabunt in horum miserias et superbio-
simul et uerbis inuehentur. Item neminē uestruʒ fugit
quirites urbe capta que miserie consequi solent arma q
contra tulerunt statim crudellissime trucidant⁹ ceteri
qui pōnt per etates et uires laborem herile ferre rapiē
in seruitutem qui non pōnt uita priuantur uno denique
atque eodem tempore domus hostili flagrabit incendio et
quos natura aut voluntas necessitudinem aut beniuolēciaʒ
coniu distrahentur liberi partim de gremio diripientur
parentum. partim in sinu iugilabuntur partim ante
patres construpentur. nemo iudices satis est qui possit
satis rem consequi uerbis nec refferre ōrone magnitudieʒ
calamitatum. hoc gn̄e ōrōnis uel indignacio uel mīa
pōt commoueri cum res consequentes comprehense uni
uerse uniuerse perspicua breuiter exprimuntur ōrone

D iuisio est que rem semouens ab re utrumque
absoluit ōrone subiecta hoc modo Cur ego
nunc tibi quicq̄ obiciam si probus es non meruisti si im
probus non commoueē. Inopia atque auaricia. Te auarū
in fēna diuisione cognouimus. Inopem aut egenteʒ
nunc uidemus. Quis pōt igitur ostentedere causam

maleficii non fuisse. Inter hanc diuisionem et illam
que in partibus orationis tertia est de qua in primo libro
diximus dum narrationem demonstrauimus hoc interest.
Illa diuidit per enumerationem aut per expositionem
quibus de rebus in tota oratione disputatio futura est.
Hec statim explicat se et breuiter duabus uel pluribus
partibus subiciens rationes exornat orationem

Frequentatio est cum res in tota causa disper-
se coguntur in unum locum quo grauior aut
acrior aut criminosior oratio sit hoc modo. A quo tamen abest
iste uitio. Quid est iudices cur iudicio uelitis eum
liberare. Sue pudicitie proditor est. insidiator aliene cu-
pidus. intemperans petulans. superbus impius in paren-
tes. ingratus in amicos. infestus in cognatis. in superio-
res contumax. in equos et pares fastidiosus in inferiores
crudelis denique in omnes intolerabilis. Eiusdem generis
est illa frequentatio que plurimum coniecturalibus causis
cum suspitiones que separatim dicte minuite et infirme
erant unum in locum coacte rem uidentur perspicuam
facere non suspiciosam hoc pacto. Nolite igitur nolite
iudices non ea que dixi separatim spectare sed omnia
colligite et conferte in unum. Si et comodum ad istum
isti illius morte ueniebat et uita hominis est turpissima
animus auarissimus fortuna familiaris rei publice

attenuatissima et res ista bene nemini preter istū fuit
neq; alius quisq̄ eque comode neq; iste aliis comodio
ribus rōnibus facē potuit neq; preteritum est ab isto quic
q̄ quod opus fuerit ad maleficium neq; factum quod
opus non fuerit et cum locus idoneus maxime quesitus
sit tn̄ occasio comoda aggrediendi tempus adeundi
oportunissimum spacium conficiendi longissimum
sumptum est non sine maxima occultandi et pficiendi
maleficii spe. et si preterea anteq̄ is homo occisus est.
iste visus est in eo loco in quo est occissio facta solus et
paulo post in ipo maleficii loco vox eius qui occidebat[r]
audita est. deinde post occisionem istum multa nocte
domum redisse constat postea die titubantur. et incōstāt
de occissione illius locutum. hec partim testimoniis par-
tim argumentis partim questionibus omnia compro-
bantur et rumore populi quom ex argumentis notum
necē est. Verum vestrum iudices est hiis in unum locū
collocatis certam sumē sententiam non suspectionem
maleficii. nam unum aliquid aut alterum pot in
istum casum cecidisse supplicium ut omnia inter se ap[io]
ad postremū conveniant maleficia necē est casu nō posse
fieri. Vehemens est hec exornatio et in coniecturali consti-
tucione cause firme semper necīa et in ceteris generibus cau-
sarum et in oracione adhibenda non nunq̄.

Expolitio est cum in eodem loco manemus et aliud atque aliud dicere uidemur. Ea dupliciter fit si aut eandem rem plane dicemus aut de eadem re eandem rem dicemus non eodem modo. Nam id quidem obtundere auditorem erit non rem expolire sed commutare commutabimus rem tripliciter uerbis pronunciando tractando. Verbis commutabimus cum res semel dicta iterum aut sepius aliis uerbis que quidem ualeant eadem res semel dicta proferetur hoc modo. Nullum tantum est periculum quod sapiens pro salute patrie uitandum putet. Cum augetur incolumitas ciuitatis perpetua qui bonis erit rationibus predictus profecto nullum uite discrimen sibi pro fortunis rei publice fugiendum arbitrabitur et erit in ea sententia semper ut pro patria studiose quamuis in magnam descendat uite dimicationem pronuntiando rem commutabimus si tum in sermone tum in acrimonia tum in alio atque alio genere uocis atque gestus eadem uerbis comutando pronunciationem quoque uehementius immutabimus hoc neque comodissime scribi potest neque parum est aptum quare non eget exemplo. Tertium genus est commutationis quod tractando conficitur si sententiam traduxerimus aut ad sermocinationem aut ad exuscitationem. Sermocinatio est de qua planius paulo post suo loco dicemus. Nunc breuiter ad hanc

rem quod satis sit attingemus in qua constituetur aliquis
psone oro accomodata ad dignitatem hoc modo. Ut quo
facilius res cognosci possit ne ab eadem recedamus sapiens
qui omnia rei pu(blic)e ca(usa) suscipienda pericula putabit sepe
secum loquitur non mihi soli s(ed) etiam atq(ue) etiam adeo
multo fortius natus sum patrie. Vita que fato debet(ur)
saluti potissimum psoluatur. Aluit hoc me tu patrie
vita te atq(ue) honestate produxit usq(ue) ad hanc etate(m)
monuit me has r(ati)ones bonis legibus moribus optimis
honestissimus disciplinis. Quid est quod a me satis
ei persolui possit. Unde hec accepta sunt q(ue) loquetur
sapiens secum. Sepe ego in periculis rei pu(blice) nullum
periculum fugi. Item mutatur res tractando si pro-
ducatur ad excusitacionem cum et nos comoti dic(ere)
uideamur et auditoris animum comouerimus sic.
Quis est tam tenui cogitacione preditus cuius
animus tantis angustiis inuidie continetur qui no(n)
hunc hominem studiosissime laudet sapientissimum
iudicet qui pro salute patrie pro incolumitate ciui-
tatis pro rei p(ublice) fortius quodius magnum atq(ue) trox
periculum studiose suscipiat et libenter subeat. Ego
hunc hominem magis cupio laudare q(uam) his rebus
in dicendo commutabitur rebus uerbis pronu(n)ciando
et tractando. Sed tractando dupliciter. Sermocinatione

et excusitacione sed de eadem re cum dicemus pluribus utemur exemplis comutacionibus. Nam cum rem simplicem pronunciauerimus racionem poterimus subicere deinde duplicem uel sine racionibus uel cum racionibus sententiam pronunciare. Deinde afferre contrarium de quibus omnibus diximus in uerborum exornacionibus deinde simile et exemplum de quo suo loco plura dicemus. deinde conclusionem de qua in 2o. libro. in quo quod opus fuerat diximus. demostrantes argumentaciones quemadmodum concludere oporteat. In hoc libro docuimus cuiusmodi esset exornacio uerbi cui conclusionis nomen est. Ergo huiusmodi uehementer ornata poterit esse expolicio que constabit ex frequentibus exornacionibus uerborum et sentenciarum hoc modo. Igitur VII partibus tractabitur si ab eiusdem sententie non recedemus exemplo ut scire possis quam facile precepcione rethorice artis res simplex multiplici racione tractetur. Sapiens pro re publica nullum uitabit periculum ideoque sepe fit ut cum pro re publica perire noluerit necesse est cum re publica pereat et omnia sint comoda a patria accepta nullum incomodum pro patria graue putandum est Ergo qui fugiunt id periculum quod pro re publica subeundum stulte faciunt nam neque effugere incomoda possunt et ingrati in ciuitate reperiuntur. At qui

patrie pericula suo periculo expetunt. hii sapientes pu
tandi sunt cum et eum que debent honorem rei pu.
reddunt et pro multis perire malunt quam cum multis.
Et enim uehementer est iniquum uitam quam a natura
acceptam propter patriam conseruaueris naturae cum rogat
non reddere. patrie cum rogat non dare et cum possis
cum summa uirtute et honore pro patria interire
male per dedecus et ignominiam uiuere et cum pro
amicis et parentibus et ceteris necessariis adhire peri
culum uelis pro re p. in qua et hoc et illud sanctissimum
patrie nomen continetur nolle in discrimen uenire
itaque uti contempnendus est qui in naufragio naue
quam se magis uult incolumem. Ita uituperandus qui in
re pu. discrimen sue plusquam comuni saluti consulit
nam enim fracta multi incolumes euaserunt ex
naufragio patrie saluus nemo potest enatare quod
mihi bene uidetur decius intellexisse qui se deuouisse
dicitur et pro legionibus in hostes immisisse medios
amisit uitam at non perdidit re enim uilissima et parua
maximam redemit uitam dedit accepit patriam ami
sit animam potitus est gloria que cum summa laude
prodita uetustate quotidie magis enitescit. quod si pro
re pu. debere accidere periculum demonstratum est et
exemplo comprobatum hii sapientes existimandi sunt

qui nullum pro salute patrie periculum uitat. In
hiis generibus expolicio uersatur de qua producti
sumus ut plura diceremus quod modo eum tam
dicamus adiuuat et exornat orationem sed multo
maxime per eam exercemur ad elocucionis facultatem
Quare conueniet extra causam in exercendo rationes
adhibere expoliciones in dicendo uti cum exornacionibus
argumentacione qua de re in libro docuimus secundo

Commoratio est cum in loco firmissimo
quo tota causa continetur maneant diucius
et in eodem sepius redditur hac uti maxime conuenit
et id est oratoris boni maxime proprium non enim
datur auditori potestas animum de re firmissima
dimouendi huic exemplum satis idoneum subici
non potuit propterea quod hic locus non est a tota causa
separatus sicut membrum aliquod sed tamquam sanguis
perfusus est per totum corpus orationis

Contentio est per quam contraria referuntur
ea est in uerborum exornacionibus ut ante
docuimus huiusmodi inimicis te placabilem amicis
inexorabilem prebes. Suarum huiusmodi uos in
huius incomodis lugetis iste rei publice calamitate letatur.
Vos uestris fortunis diffiditis. Iste solus suis eo magis
confidit. Inter hec duo contentionum genera hoc interest.

Illud uerbis celeriter locatis constat hic sententie que ex co
paratione refferatur oportet

Similitudo est oracio traducens ad rem queplaz
aliquid ex re dispari simile. Ea sumitur aut
ornandi causa aut probandi aut apertius dicendi aut
rem ante oculos ponendi et quo quatuor de causis sumitur
ita quatuor modis dicitur s. per contrarium per negacio-
nem per breuitatem per collacionem ad unamquamque causaz
sumende similitudinis accomodabimus singulos modos
pronunciandi. Ornandi causa sumitur per contrarium sic
non enim quemadmodum in pallestra qui cedas ardentes
accepit celerior est in cursu continuo quam qui tradit
ita melior imperator nouus qui accipit exercitum quam
ille qui discedit propterea quod defatigatus cursor integro
facem dat hic peritus imperatore imperito tradit exercitum
hoc sine simili satis plane et perspicue et probabiliter dici
potuit hoc modo. dicitur minus bonos imperatores a
melioribus exercitum accipere solere. Sed ornandi causa
simile sumpsimus tum est ut cum oratoni quedam dignitas
comparetur dictum est per contrarium nam tum similitudo
sumitur per contrarium cum ei rei quam nos probamus aliquam
rem negamus esse similem ut patet paulo ante cum de cur-
soribus afferebamus. Per negacionem dicetur probandi
causa hoc modo. neque equus indomitus quamuis bene natus

conpositus sit idoneus potest esse ad eas utilitates que
desiderantur ab equo. Neque homo indoctus quamuis sit
ingeniosus ad uirtutem potest peruenire hoc probabi
lius factum quod magis est uerisimile non posse uir-
tutem sine doctrina comperari quamuis nec equus indo-
mitus quidem idoneus possit esse. ergo sumptum est pro-
bandi causa dictum aut per negationem. Id enim
perspicuum est de primo similitudinis uerbo. Sumetur
et apertius dicendi causa similitudo dicatur autem per
breuitatem hoc modo. In amicicia gerendi sicut in cur-
rendi certamine non ita conuenit exercere ut quo ad
necesse sit uenire possis sed ut productus studio et uiribus
ultra facile percurras nam hoc simile est ut apertius intelli-
gant mala ratione facere eum qui reprehendunt eos
qui uerbi causa post mortem amici liberos eius custo-
diant propterea quod in cursore quamtum uelociter esse oporteat
ut efferatur ultra finem dictum autem simile est per
breuitatem non enim ita ut in ceteris rebus res abre
separata est sed utraque res coniuncte et confuse pronun-
ciate sunt. Ante oculos ponendi negocii causa sumetur simili-
tudo cum dicetur per collationem sic. Uti citaredus cum
prodierit optime uestitus pala inaurata inductus cum
clamide purpurea colloribus uariis intexta et cum
corona aurea fulgentibus gemmis illuminata citara

tenens exornatissimam auro et ebore distinctam. Ipse
preterea forma et spē sit et statura apposita ad dignita-
tem si cum magnam populi commouerit hiis rebus expecta-
cionem repente silencio facto uocem mittat acerbissimā
cum turpissimo corporis motu quo melius ornatus sit
et magis fuerit expectatus eo magis contemptus et deri-
sus eiciatur. Ita si quis in excelso loco et magnis locuple-
tibus exornatus copiis fortune muneribus et nē commo-
dis omnibus abundabit si uirtutis et artium que
uirtutis magrē sunt egebit quo magis ceteris rebꝰ
erit copiosus et illustris expectatus eo uehementiꝰ
derisus et contemptus ex omni conuentu bonorū deici-
etur. hoc simili exornacione utriusqꝫ rei et alterius
inscīā artificii citaredi alterius stulticia simili rōne
collocata sub aspectu omnium rem subicit. Dictum
est autem per collacionem ppea quod propōita simi-
litudine paria sunt omnia relata. In similitudinibꝰ
obseruare oportet omnia dilligenter ut cum rem affe-
ramus similem cuius rei illam similitudinem attu-
lerimus uerba quoqꝫ ad similitudinem habeamus
accomodata. Id est huiusmodi. Ita ut irundines estiuo
tempore presto sunt frigore pulse recedūt. ex eadē
similitudine nūc p translacionem uerba sumimus.
ita falsi amici sereno tempore presto sunt. si uiues

hyemis fortune uiderint deuolant omnes Sed inuencio
similium facilis erit si quis sibi omnes res animatas
et inanimatas mutas et elloquentes feras et mansuetas
terrestres et celestes et maritimas et artificio comparatas
casu natura usitatas atque inusitatas frequenter ponere
ante oculos poterit et ex hiis aliquam uenari simili
tudinem que aut ornare aut docere aut apciorem
rem facere aut ponere ante oculos possit non enim
res tota tote rei necesse est similis sit sed ad ipsum ad quod
conffertur habeat oportet.

Exemplum est alicuius dicti aut facti preteriti cum
certi auctoris nomine proposicio. Id sumitur
hiisdem de causis quibus similitudo rem ornacione
facit cum nullo rei nisi dignitatis causa sumitur
Apciorem cum id quod sit obscurum magis dilucidum
reddit probabiliorem ergo cum magis uerisimilem
facit ante oculos ponit cum exprimit omnia perspicue
ut res prope dicta manu temptari possit uniuscuiusque
rei uel generis singula subiecimus exempla nisi exemplum
quod genus in expolicione demostrauissemus et
causas sumendi in similitudine aperuissemus quare
udumque neque pauca quominus intelligeretur neque re
intelecta plura perscribere

Imago est forme cum forma cum

quadam similitudine collacio Hec sumitur aut laudis aut uituperacionis causa laudas causa sic Ibat in prelium tauri ualidissimi corpore impetu leonis accerrimi similis Vituperacionis sic ut in odium inuidiam et in contempcionem adducat hoc modo Iste quotidie per forum medium tamquam nibatus dracto serpit dentibus adimas aspectu uenenato spiritu rabido circumspectans huc et illud si quem repperiat cui aliquid mali faucibus afflare ore attingere dentibus insecare lingua aspergere possit ut in inuidiam adducat hoc modo Iste qui diuicias suas iactat sicuti gallus e fugia aut avidus quispiam depressus et oneratus auro clamat et delirat in contencione sic iste qui tamquam obscondeus retentat sese tacite domo quo sit tutus et in domo totus comendatur aufertur.

Deffictio est cum exprimitur atque effingitur verbis corporeis cuiuspiam forma quo ad satis sit ad intelligendum hoc modo huc iudices dico rubeum breuem incuruum canum subcrispetum cessium cui sane magna est in mente cicatrix si quo modo potest uobis in memoriam reddire habet hec exornacio tum inutilitatem si quam uelis demostrare tum uenustatem si breuiter et dilucide facta est

Notacio est cum alicuius natura certis describitur.

signis que sicuti uoce quedam nature attributa sunt ut
si uelis non diuitem sed ostentatorem pecuniosum
describere dices. Iste inquies iudices qui se diuitem
dici putat esse preclarum primum nunc uidete quo
uultu nos intueatur. non ne uobis uidetur dicere
darem sibi locum si mihi molesti non essetis. cum enim sinistri
mentum subleuat extimat se gemine nitore et auri
splendore aspectus omnium perstringere. Cum puerum
suum respicit hunc unum quem ego noui uos non ar-
bitror nouisse alio nomine appellat. deinde alio atque alio.
Heus tu inquit ueni somo ne quid isti barbari per-
turbentur ut ignoti qui audiunt unum putent se
eligi de multis ei dicit in aurem ut aut domi lectuli
sternantur aut ab auunculo rogetur ethiops qui
ad balneas ueniat aut sturioni locus ante hostium
suum detur aut aliquid fragile false coragium
glorie comparetur. deinde exclamat ut omnes audiant
uideto ut diligenter numeretur si potest ante noctem puer
qui iam illius bene naturam nouit Tullio mittas
oportet plures inquit si hodie uis transmunerari age
inquit duc tecum libanum et soliani Sane deinde
casu ueniunt hospites homini qui istum dum splen-
dide receperunt peregrinaretur ex ea re homo hercle
conturbatur sed tamen a uicio nature non recedit bene.

inquit facitis cum venistis ꝗ rectius fecissetis si ad mea
domum recta via abiissetis. Id faciemus inquiunt
illi si domum novissemus ad istud facile quidem fuit
cuilibet invenire. Verum eundē illum sequuntur
illi sermo huius interea consumitur hoīs in ostenta
cione querit in agris frumenta cuiusmodi sint ne-
gat se ꝗ ville incense sunt accedere posse. nec edifficā
re etiam nunc audere tā et si in tusculano quidem
cepi insanire et in hiisdem fundamentis edifficare
dum hec loquitur venit in edes quasdam in quibꝰ soda-
licium erat eo die futurum quo iste ~~venit in edes~~ pre-
noticia dn̄i edium ingreditur cum hospitibus. hic
inquit habito prospicit aut argentum quod erat
expositum iusit triclinium stratū probat. Accedit puerulꝰ
dicit homini clam dn̄m iam venire si velit exire. Ita
est inquit ~~ne~~ eamꝰ ne hospites frater meus venit ex fa-
lerine ego al de cena illi obviam pergam. Vos hic
ad decimam venitote hospites discedunt iste se rapti
in domum suam deiecit illi de cena qua iusserat
veniunt querunt hunc reperiunt domus cuiꝰ asit
in diversorum derisi conferunt sese vident hoīez
postea die narrant expostulant accusant aut iste eos
similitudine loci deceptis augi portu toto deerrasse
se contra valitudinem suam ad noctem multam

expectasse Samiom puero negocium deerat ut uassa
uestimenta erogarent Seruulus nō inurbanus satis
strenue et contine compat. Iste hospites domum de-
deduat se edes maximas cuidam amico ad nuptias
comodasse nunciat puer argenti reppeti ptimuerat
qui accomodauerat appage inquit edes accomodaui
familiam dedi argentum quoqꝫ uult tam et si
hospites hēo non utatur tꝫ nos sannis delectabimur.
Quid ergo que deinde efficiat narem paren et eiꝫ
modi natura est hominis ut que singulis diebus
efficiat gloria atqꝫ ostentatione ea uix anō ſmone
enarrare possim. huiusmodi descripciones que descri-
bunt quid consentaneum sit uniuscuiusqꝫ natura
uehementer hn̄t magnam delectacionem. Totam enī
naturam cuiuspiam ponunt ante occulos aut glo-
riosi ut nos exempli gracia cepamus aut inuidi
aut tumidi aut auari ambiciosi amatoris luxu-
riosi furis quadruplatoris deniqꝫ cuiusqꝫ studiuꝫ
protrahi pōt in medium tali notacione.

Sermocinacio est cum alicui ꝑsone sermo attri-
buitur et is exponitur cum rōne dignitatis
hoc pacto cū militibus urbs redundaret et omnes
timore oppressi domi continerentur venit iste cū
sago gladio subtinctus tenens iaculum quinqꝫ-

adulescentes homines similes ornatu subsecuntur.
Irrupit in edes subito deinde magna uoce ubi est
iste beatus inquit eduum dnus qui m presto fuit
Quid tacetis hic alii omnes stupide timore obtumu
erunt. Uxor illius infelicissimi cum maximo fletu
ad istius pedes eicit sese parce. Inquit et p ea que
tibi dulcissima sunt inuita miserere nostri noli exti
gere extinctos. Fer mansuete fortunam nos quoq;
fuimus beati nosce te ee hominem. At ille qn illum
mihi datis at uos auribus meis opplorare non desi
nitis. non abibit illi nunciatur interea uenisse istu
et clamore maximo mortem mirari minari quod sit
ut audiuit heus inquit Gorgia pedisequa puerorum
pueros absconde deffende fac ut incolumis sit adolesce
cia. Uix hoc dixerat cum ecce iste presto. Sedes ingt
audax etiam non uox mea tibi uitam adheunt
exple meas inimicicias et reacondiani satiare tuo
sanguine. Ille cum magno spiritu inquit metuebam
ne plane uictus eem nunc uideo in iudicio mecum
contendere non uis tibi turpissimum separari et
separare pulcerimum est. Interficere uis occidas eqdem
sed uictus non peribo At in extremo uite tempore
etiam sentenciose loqueris neqz ei quem uides do
minari uis supplicare. Tum mulier imo iste quidem

rogat supplicat. Sed tu queso commoue et tu per deos
inquit hunc amplexare dnus est. Sicut hic te. Sice
tu Nunc autem cur non desinis inquit uxor loq
que me digna non sunt tace et que curanda sunt
cura / tu cessas mihi uitam tibi omez bene uiuendi
spem mea adime morte. Iste mulierem pepulit
a se lamentantem illi nescio quid incipienti dicere.
quid dignum uidelicet illius uirtute ee gladiu
in latere defixit puto in hoc ex datos ee uniuscuiusque
smones ad dignitatem accomodatus. id quod oportet
in hoc genere obseruari. Sunt etiam smocinationes
consequentes hoc genus nam quid putamus illos
dicturos si hoc iudicaueritis non ne omnes utent
hac oone deinde subicere sermonem oportet.

Conformatio est cum aliq que
non adest persona configitur quasi adsit.
aut cum res muta aut informis sit eloquens et for-
mata et oro ei attribuitur ad dignitatem accomo-
data aut actio quedam hoc pacto qsi nunc hec
urbs sanctissia uocem emittat non hoc pacto loquetur.
Ego illa plurimis ornata tropheis triumphis dita-
ta certissimis clarissimis locupletata uictoriis nuc
uris seditionibus uexor o ciues quam dolis mali-
ciosa cartago uiribus probata numantia disciplinis

erudita corinthus labefactare non potuit eam patimini nunc ab hominculis deterrimus ptiri atque conculcari. Item quod si nunc L. ille brutus reminiscatur et hic ante pedes nostros adsit hic non hac utatur oratione. Ego reges eiecti uos tirapnis introducitis. Ego libertatem que non erat peperi uos partam seruare non uultis. Ego captus mei periculo patriam liberaui. Vos liberi esse sine periculo non curatis. hec confortacio licet in plures res mutas atque inaiatas transferatur tamen proficit plurimum in amplificacionis partibus et commiseratione.

Significatio est res que plus in suspicione relinquit quam positum est in oratione. Ea fit per exupacionem ambiguum consequenciam abscissione similitudinem. Per exupacionem tum plus est dictum quam patitur ueritas augende suspicionis causa sic hic de tanto patrimonio tam cito testam quidem sibi petat igne non reliquit per ambiguum cum uerbum potest in duas plures ue sentencias accipi Sed accipitur tantum in eam partem quam uult is qui dixit ut de eo si dicas qui multas hereditates adierit prospice tu qui plurimum cernis ambigua quemadmodum uitanda sunt que obscuram reddunt orationem ita hec consequenda que huiusmodi conficiunt significationem ea

reperietur facile si noverimus et animadverterimus verborum ancipites aut multiplices potestates. Per consequenciam significatio fit cum res que consequentur aliquam rem dicuntur ex quibus tota res relinquitur in suspicione ut si salsamentarii filio dicas quiesce tu cuius pater cubito se emungere solebat. Per abscisionem si cum incipiemus aliquid dicere deinde precidamus et ex eo quod iam diximus satis relinquitur suspicionis sic qui ista forma et etate nuper aliene domi cum ... nolo plura dicere. Per similitudinem cum aliqua re simili elata nihil amplius dicamus sed ex ea significamus quid sentiamus hoc modo. noli saturnine nimium populi reverencia fretus esse stultitie gay grachi memento. Hec exornatio plurimum festivitatis habent. Interdum et dignitatis. Sunt enim quiddam tacito oratore ipm auditorem suspicari.

Brevitas est res ipsis tantummodo verbis necessariis expedita hoc modo. lemnum preteriens cesar cepit. Inde tasi presidium reliquit. post urbem machinam sustulit. Impulsus in elespontum statim potitur habide. Item modo consul quondam tribunus is deinde primus in civitate cum profitisceretur maxiam deinde hostis est et exul dictus est. post imperator et populorum postremo factus est consul. habet paucis

comprehensa brevitas multarum rerum expeditionem. Quare adhibenda est sepe cum aut res nō eget longe orationis aut tempus non sint commorari.

DEmostratio est cum ita verbis res exprimit ut geri negotium et res ante oculos ēē videatur. Id fieri poterit si que ante et post et in ipa re facta erunt comprehendemus aut a rebus consequtibus aut circumstantibus non recedemus hoc modo quod simul atq; gracchus prospexit fluctuare populū verentem nec ipe senatus auctoritate comotus a voluntate vindicte sententiam desisteret. Iubet advocari sectionem. Iste malefactor interea scelere et malis cogitationibus redundans evolat e templo iovis stans oculis ardentibus erecto capilio contorta toga cū pluribꝫ aliis ire celerius cepit. Illi preco faciebat audientiam hic subselium quodam talce premens dextera pedem defregit et aliis iubet hoc idem facere. Cum gracchus deos inciperet precari cursu isti impetum faciunt et ex aliis aliisq; partibus convolant omnes atq; e populo unus fuge fuge inquit tiberi gracche. nū vides respice inq̄. deinde vaga multitudīe subito timore pterita fugere cepit. At iste spumā ex ore eiciens anellans et infinito pectore crudelitatem contorquet brachiū et dubitanti graccho quid ēēt neq; tn̄ locum in quo

constiterat relinquenti petiit tempus. Ille ullam uocem edens delibans insita uirtute concidit tacitus. Iste uiri fortissimi sanguine aspersus miserando q̄si facinus preclarissimum fecisset circumspectans et ilariter sceleratam gratulantibus manū porrigens in templum iouis contulit sese. Hec exornatio plurimum prodest in amplificanda et commiseranda re huiusmodi narrationibus. Statuit enim rem totā et proponit ante oculos.

Omnes rationes honestande elocutionis studiose collegimus hereni in quibus si te dilligenter exercueris et grauitatem et dignitatem et suauitatem habere in loquendo poteris ut oratorie plāe loquaris ne nuda atq; inornata inuentio uulgari sermone proferatur nunc identidē nos met ipi insistem͂ res enim omnis augetur et frequenter et assidue consequamur artis rōnem studio et exercitatione q̄d alii cum molestia tribus de causis maxime faciunt aut si cum quibus libenter exerceantur non hēant. aut sibi diffidunt aut nesciunt quam uiam conseq̄ debeant que a nobis absunt omnesq; difficultates. Nam et simul libenter exercebuntur ꝑpter amicitiā cuius initium est cognatio facit cetera phie confirmabit rō et nobis non diffidemus propterē quod aliq̄tulū

processimus et alia sunt meliora que multo intentius
petimus in uita ut etiam si non prouenerimus in di-
cendo quo uolumus parua pars uite perfectissime
desideretur et uiam quam sequamur habemus propterea
quod in his libris nihil pretermissum est rethorice
preceptionis demostratum est enim quomodo res in omnibus
generibus causarum inuenire oporteat dictum est
quo pacto eas disponere conueniat traditum est qua
ratione esset pronunciandum preceptum est qua uia
meminisse possemus. Demostratum est quibus perfecta
elocutio compatur. Que si sequimur accute et cito
reperiemus et distincte et ornate ponemus grauiter
et uenuste pronunciabimus firme et perpetue me-
nerimus ornate et suauiter eloquemur. Ergo am-
plius in arte rethorica nihil est. Hec omnia adi-
piscemur si rationes preceptionis diligentia conse-
quemur et excortatione.

MARCI TULII CICERONIS RETHO-
RICORUM NOVORUM LIBER QUIN-
TUS ET ULTIMUS EXPLICIT FELICITER.

oratori qui hoc in menso dicendorum acerbo ingenij uim aucto
ritatem et eloquenciam parem mariti ac marite dignitati
et magnitudini rerum subministraret. hec ego quanta essent
quantumque suo pondere uires meas opprimerent, cum mecum
ipse dubitarem: cepi uerecundus subdubitare mihi uicio uerti
posse si quotidianis uotis expetitam laudacionis occasionem
non officiose satis et cumulate persoluero dum principis mei me
moralibus meritis exiguam dicendo atque ieiunam operam
impertirer. Sed quia excelentes principes qui me officio et amore
prosecuti sunt colendos esse: ipsorumque imperatiui parendum semper
existimaui constitui animo delatam fidei mee orationis
hoc genus nullius loci exemptione nulla ue causa recusare: ma
lo enim imbecillitatem quam animum accusari. Dum igitur ar
dua hec meisque maiora uiribus moliri agrediar diuinam
opem imprecabo: ut quo adire mea ignoracio non possit ce
lesti fauore ductus aspirem. Letor inprimus humanissimi
domini quod apud hos dico quorum plurimi cum inprimus princi
pis mei gestis rebus et periculis quotidie uersati diuinum
animum prudensque ingenium eius magna experientia
cognouerunt Nulla equidem illud rerum sublimitas superat
nulla confundit uarietas nulla obruit magnitudo: eiusque
celeritas tanta est tanta in rebus perspiciendis facilitas quod
in preclaris facinoribus et implicita omnium magnarum
rerum copia sublime aliorum acumen adeo semper excelluit:
ut nesciam ad quem primum ingenij usum principum
ipsum natura parens genuerit: et ipsa uirtus exercuerit: quibus
in rebus sempiternas omnium laudes: in quibus ut cycero
meminit dificilius est exitum quam principium inuenire
uolenti composito et florido oracionis stilo contexere tam
copiosa materia: tanta ornamentorum ubertas aboritur quod
dies noxque omnis media ipsa in oratione deficeret: Cum
nullo splendore facunde nulla dicendi aut scribendi aucto
ritate satis ornari cumulate satis commemorari possint

ssi ut facilius sublimi speculatione sua ad omnium rerum notitiam penetraret varios mortalium mores diversarũ gentiũ multifarias naturas situm diffusi orbis et mundi remotissimas regiones p ingentia maris ac terre pericula late peregrinatus studuit oculorum iudicio et cognitione callere. forsitan illuz imitatus ulixem a principe grecorum homerũ sempiternis versibus celebratum Regnum eius vere tranquillitatis reges et tute salutis portus dici atq haberi pot. Nam fractis et dissipatis tirãnulis a quibus dignitatis et vite parabantur insidie et complura munitissima oppida fuerunt intercepta nõ modo vetuste dñationis ab eo fuerunt priores fines revocati: sed multo est amplius suum regnum vel imperium propagatum. Quã sane rem non aliena prudentia: sed suo et dñi marte confecit. Dum primum .n. ex ephebis excessit bellice discipline et prudentie militari consuefactus robore atq auspitio eius et militis et ductoris victores undiq exercitus remanebant. Ipsa quoq candida Jovis ales et triumphalis aquila quotiens collatis signis conserte legiones dimicãdo martis impetum temptavissent: totiens infestos inimicorum animos triumpheis victoriis terrebat quanta vero in dubiis alienis rebus fuerit ipsius animi celsitudo bononiensis civitas referre atq testari pot: q cum amore etiam defecisset eetq inde bellum exortum omniũ periculosissimum q unq̃ regionem illam splendidissimam vexavissent. beatissimus pontifex et duodecim patres: quos fidei xpiane cardines appellatuis in potentissima manu omnibus victoriis temporalibus acersitis singulari eius eminentia et rebus gestis impulsi pro recuperanda augusta civitate eum mris ecclie gñalem ducem et vexilliferum creaverunt universis heroibus. Ducibusq potentissimis qui in ipsis castris militabant ipsius moderatione de imperio gubernatis. Cumq hostium armorum terrore ac discrimine undiq iuvane regiones circumsonarent bellum ipm̃ tanta celeritate cõfecit: ut urbem potentissimam ac ferocissimam ad gremiũ pie matris remaere coegit.

ut in iuuenibus annis, maturitate uero senili imperatoris, in
difficultate labor, in periculis fortitudo, in explorando indus-
tria: et ceptorum prosequendorum tollerantia perseuerans in
celum eius linguis et uocibus efferrent. Et quia nihil est tam
populare: quod quam magis ad honores et ad amplitudinem
eueheat: quam insignis et clara uirtus Regina prouinciarum
Italia maximis animorum incendiis estuante ab senatu Vene-
tum Serenissimi illius domini plenissime uices suo labori
atque humero imposite et commisse, quia hoc fortissimo domino duca-
lem uicem atque locum optinente Nihil aduersum aut asperum
uerebantur. Eo quod in munere quantum alios fortitudine et
gloria iam pridem uincere solitus erat iudicante successu tantum
se ipsum exuperauit Florentia quoque excelentissima ciuitas antiqua,
nobilis, potens, diues opum: studiisque asperriam belli quotiens ca-
uocauit: et iminentes libere ciuitati quales nostra uidit etas ca-
lamitates efflagitarunt dum pro suo imperio incolumitate,
gloria ac libertate belligerauit, a magnis uirtutibus et rebus for
gestis sumpto et presagito augurio res suas prospere processuras,
principem ipsum sapientissimum et rerum summe prefecit. In
qua delegata et suscepta administratione res omnis felicitate
expedita suo nomini immortalem laudem atque gloriam
pepererunt. Sed dicendi modus est adhibendus: ut hac uestra
audiendi facilitate fama, gloria, sue inclite uirtutes resque
geste populares et promulgate sunt quam non nimis ad lucem
omnium exteriorum: quam ad suorum familiarium aures per-
uenerunt: unde munifica merita sua nullius obscure diu-
turnitatis obliuio umquam obliterabit: sed dum uiuet christianum
nomen de hoc fulgentissimo sidere omnes loquentur, predica-
bunt et testabuntur e celo demissum fuisse principem talem
commemorabunt: quo nesciant an quisquam eorum quos antea
aut uiderint aut legerint gloriosius imperitarit. Quare igitur
predicatione fulmen illud criminis extollemus: quid in
potestate et licentia tanta numquam nisi ad benignitatem.

ad officium ad uirtutem accomodandum ee existimauit.
Eius quippe misericordie extant in alijs exempla satis rara
cum inopes homines ipsorum egestate intellecta nunquam a se
dimiserit necessarijs destitutos: singulisque amenissimam eius
presenciam adire solitis paterna caritatis festiua ilaritate
suauissimoque sue magestatis aplausu omnem merorem ademerit: omnem semper solicitudinem mitigarit: ita ut admirandam eius sapientiam pietatem modestiam uiuimini aliquid
nos qui sue magestati seruiuimus amemus et ueneremur: atque
ita colamus quod sine satelite sine milite: sine armis tanta multitudo populorum et mortalium moderatur tractatur et regitur. bone deus quanto sincero in principe cordis integritas:
et ad immortalem deum quanta reuerentia: quanta religio:
quantus timor: qui .n. apsiā celsitudinem quotidie religiosi
patres obseruantur tam confirmate mentis reperire paucissimos confitentur. Is postea quam in uisitatione sacrarum edium
saluatoris et iacobi ad regnum et ad patriam remeauit post
moderatum exercitium saluti corporis indulgendum omne
eius uacuum tempus distribuit: ut uel cura sua grandis
imperij uel studio sacrarum litterarum aut legendis psalmis et
oracionibus tradutatur: ita quod posteri ad quos tantarum uirtutum fama defluxerit nomen ipsius in eternum celebratum
esse facient, nosque fuisse beatissimos: qui hoc diuino principe
sumus: eumque nostris oculis tueri potuimus admirabili sue magnificentie titudinis et preconijs declarabunt. Uos igitur clarissimi
uiri Italie nobilitatis lucidissima sidera quos haud secus quam
stelle celum hunc celebrem concessum atque locum ornatissima uestra presentia illustratis in hac tanta amplissimorum
hominum abundissima rerumque laudum multitudine pene obruti
mihi cogitationes uestras accomodate: ut eas que pro magnitudine rerum in hac temporis angustia explicari a me cumulate nequeunt tacita uos ipsi cogitatione recenseatis: occurret
uobis longeuus a seculis repetenda potentissime gentis generosa

deprauata et prona ad omne malum facinus natura: tum
ut suam doctrinam et eloquentiam ostentaret: tum uero
ut se uendicaret preceptori uel predicatori quondam suo spurcis-
simo animali laurentio Valle: quos et morum et uite turpitu-
do summa consuetudine copulauit. quod cum rescissem: rei
indignitate commotus monui eum paucis per epistolam: ne
suam stulticiam uulgaret: et simul si perseueraret dixi eum
non inpune laturum. At ille ratione deuius furunculus
tantum ab omni pudore alienus tantum ab officio adolescentis
procul fuit: ut non solum non corrigeret errata: sed priorem
culpam maiori flagitio cumularet. Itaque prosiluit atque prorupit
iterum in mea maledicta serpenticulus furiosus tamquam qui iam
dudum uirus contra me nepharium concepisset. fertur in primo
sue mordacitatis impetu quodam repentino congerieque uerbo-
rum turbida atque insana tamquam rapidus montano flumine
torrens deuehitur: ut me suis insulsissimus uocibus terreret:
ut cenam nescio quam mendaciis et impudiciciam refer-
tam bonus poeta confingeret. Credidit mihi timorem iniici
a corona illa stercorea: quem quondam insipidum caput et
pediculosos crines demencie insignibus obumbrauit opinatusque
est nobiliorem reddere adolescentiam suam cum sciebat se
uigessimum quartum etatis annum agere. hac sua fanatica insulsa men-
daci accusatione: qua in re nequaquam fallet eum sua opinio/ no-
bilitabitur a me pro meritis: qui non primum nec didici
compescere simili mordacitate canes. Nihil autem a me dicetur:
ut me purgem a suis criminibus nam nihil facio adolescentis
meretricii nauseantis stomachi uomicionem: sed ut nouelli
tersitis crapulam reficiam in faciem illam impudicam:
ut eius nequicia mendacium/ uanitas/ improbitas pate-
fiat. Exquirit enim latrator ille puerus non nullas excu-
sationes: ut iusta ratione motus contra me furere uideatur!
in quibus conuincam illum suismet scriptis plane mentiri
et falsis falsa addere in sui erroris defensionem. Scribit

in primis absque ulla poesi poeta noster crepitans asellus: me nullis ab eo contumeliis provocatum, nullis iniuriis lacessitum: sed semper quantum in se fuit omni genere laudis honoris praedicationis honestatum iam pridem sermone: nunc vero litteris ita invehere in ipsum ita procurrere: ut persequi: clamare: execrare: exterminare velle videar. Magnum verborum inanium acervum cumulasti stultissime cathamita: ut maximum mendaciorum turpitudinis, dedecoris, perfidie, vanitatis inter cumulum inspiceremus. Ago tibi gratias quod partem mee epistole recitasti: quia qui leget in ea nequaquam persecutionem aut execrationem aut denique exterminationem ullam animadvertent: Sed te falsum fallacem, vanum, mendacem, vesanum reperient. et tibimetipsi contrarie in scriptis tuis. Et primum ut te omni pudore nudatum amentemque convincam. Vide quam tibi constes furcifer celeste quod te ipsum refellas quod te pessimum conviciatorem demostres: quod falsas ob causas te incassum latrare profitearis Nam si male de me sentire: peius loqui pessime scribere, honori detrahere, honestare hominem est: fateor me a te ultra quam facultas tua tulerit eggregie honestatum sed ut planum fiat: qua veritate nequissime detractor accusatio tua nitatur: reservanda mihi est epistola tua impudentissima tue procacitatis conviciique dementie testis: qua laudas et extollis Vallani magistrum tuum me turpiter nominas: turpius reprehendis. Scribis in primis: tu mihi es testis locupletissimus: cum essent oblati mihi superiori anno libri poggiani quanto desiderio exarserim suscipiendi laurentii partes. Et si mihi otium fuisset: certe fecissem. Hic ostendit pusius nequissimus optimus ad mentiendum lanista quo animo quam amico quam benivolo: qua amicitia in me ante maximam epistolam quam refert: fuerit: cum profiteatur se adversarii contra me partes si fuisset otium suscepturum. Nunc vero etatis nostre dedecus et artifex impuritatis ardorem tuum tam

equum tam honestum tam religiosum in aqua restri-
guere voluisti: neque otium obstitit a detractione: neque de-
mandatum ut ais a pontifice munus. Nimis inani pompa
et verborum apparatu more tui preceptoris preterque copiolas
tuas te iactas cadaver fetidum et ad bestias proiciendum.
parum certe videretur doctus pontifex: cum sit doctissimus:
si tibi asello stulto impudenti, calumnioso sordido quicquam preter
latrinarum aut penoris custodiam demandaret. Non est
tua talis dicendi facultas non tale ingenium doctrina
eruditio. eloquentia ut ab aliquo sit probanda: preter sectam
spurcissimam laurentianam. Scio quicquid tuo nomine pro-
fertur non tuum: sed alterius opus esse. Quod ineptissimum nescio
quid et semigreculum resonans auribus pontificis iniecisti: quod
quam probetur non est presentis temporis disputatio. Scribis de-
inde in tua epistola: quid mihi licuit: id feci. Utrumque de
hac re sermo accidit apud doctos: Verbis, quam scriptione non
poteram Laurentium excusavi, tutatus sum. Sed hoc levius. In-
genium enim adolescentis et grati officio functus es: merce-
dem magistro tuo pro stultitia tibi impensa reddere: et ei
cui flosculum etatis tradideras etiam ingenium et lingue
dicacem dedicare voluisti. Illa vero magna et honorifica mee
laudis et honoris a te facta est commemoratio. Ais enim Miseret
me condicionis tue poggi. pudet senectutis tue qui cum
ante acta etate bene dicendi laudem consecutus esses: eam
omnem in senectute amisisti. I, nunc et geminam in adamantem
confringe. Quid virum doctum sincerum, temperatum,
quietum tibi denique amicum lacessebas: omnes invenire si-
miles tibi vis, non mirum facis. Est miserorum ut male-
volentes sint. Magna est hec ob pestis nepharia et pudice cor-
ruptela de me laudationis significatio. Didicisti ut opinor
asinus ab asino hoc laudandi genus. Nam sicut ille rogitur,
calcibus morsu domino suo gratulari se putabat, ita tu negasse
furcifer asinino me honore hoc est convitio et obprobrio ornare

uoluisti o nequam et insulse pedagogule pudeat te scelestis-
simum pusionem etatis tue turpissime cum summo dedecore
inter omnia probra exacte: pudeat flagitiosissimorū morū
turpis uite et ad omnem nephariū questum parate: q̄
in publico meritorij corporis questu diutius necessaria est:
pudeat stultitie garrulitatis infamie: pudeat turpissimi
uitij qd te magis quam ulla doctrina famosum facit Senectu-
tem ego meam ita ad hanc diem produxi ut omni pudo-
re honestetur omni careat dedecore: ut nullus sit in ea locus
impudentie ut semper summo in honore et dignitate fuerim:
ut semper in curia cum laude uixerim: et omnium pontificū
omniumq romanam curiam sequentium preter insanum
laurentiū tuum cuius inimicitia potior q̄ amicitia bn̄da
est: fuerim beniuolentiam consecutus: ut nec florentissimā
patriā sua sponte ad dignitatem urbis precipuam absentem
uocarit. Tua uero uirtus ad quos honores ad quē: nisi fe-
dissime seruitutis statum: ad quem nisi turpissime mere-
tricis honorem: ad quam nisi obscene uite dignitatem: ad
quod nisi stultitie culmen prouexit: quem impuritas co-
mendauit: questus corporis fedissimus nobilem facit: cui
uite turpitudo quorundā maiorum beniuolentiā conciliauit.
Iaceres in tuorum uitiorū odore et ceno uilissime latenaile:
nisi eorum quibus corpus tamq̄ latrinas addixisti patro-
cinium / a confidentia spūs ad uesaniam subministrasset. Tu
etate adolescens / nequitia senex qualis sis quam multa ex-
timandus / mores improbi uita flagitiis corrupta / turpis
consuetudo lingua maledica scripta plena dedecore satis apte
demonstrant. Addas superioribus alia non minora tue lau-
dis et erga me beniuolentie q̄ predicas expressa uestigia in-
quis .n. in hac tanta doctissimorū uirorum copia omnes
laurentium admirantur: hunc unum laudant: hunc
extollunt hunc omni ratione ac predicatione dignū existi-
mant contra poggium / accusant / damnant / detestantur.

queruntur dolent. Ab illo nihil falsius nihil amenius nihil
copiosius dici pot: huius libris nihil fedius nihil ineptius
nihil perturbatius ee dicunt. Illi plausus maximi con-
gratulatio honorifica signa laudis glorie amirationis per
multa ab omnibus doctis imparciuntur: hunc uero flocci oes
faciunt contempnunt pdidisse operam omnē atque oleū pdicāt.
Denique ut breui complectar omnium iudicium adiice ergo
stultorum opus laurentij omnium admiratione et beni-
uolencia in celo est: Scriptis poggii nihil unquam fuit infamius
nihil turpius nihil denique omnibus generibus ordinibus
etatibus offensius. Et post paululum reiterata laurencij Valle
laudatione: poggius ais ueluti triumphatus relinquitur
ut exossis et eneruis iacet ut exquamatus et exdorsatus piscis
uix palpitat. Et deinde quid princeps noster inquis? Nonne
honorificentissima sentenciam in laurentium tulit: dici nō
pot plena manu quam ingenue quam ornate laudes eius in astra
sustulit: hic est honor egregius: hec laus hec predicatio de
me habita ab sceleratissimo pusione hac dignitate me coho-
nestauit laureatus lucanias asellus Hic ostenditur singula-
ris eius in me beniuolencia: hoc est maximum sue amicicie
amedisolute ut ait argumentum. Sed uelim scire abs te
immundissime exolete et pdite pedagogule Ubi sit ista tāta
doctissimorum uirorum quam laudas in laurentij laudibus
occupatam? At tu uesana bestia neminem nominas pter
principem tuum sub cuius scuto nequaquam potes latere. Noui
ego omnes non solum qui Rome: sed qui in Italia sunt doctos
uiros: qui de ingenijs: de doctrina: de eloquencia ueram
sentenciam ferre possunt: qui si redarguerent equo animo
ferrem eorum monita et reprehensiones: at hi longe absunt
a tua consuetudine qua minime delectantur. Quis enim
plane dispereret aut tibi par moribus adolescentis impuri
contaminari perniciosi malis moribus uita deteriori nisi
inuitus consuetudine uteretur. Dic oro te eorum aliquem

qui laurentium ammirentur: me contemnant. Scio enim
nullum doctum et bonis artibus eruditum virum bononie
esse cum tua improbitas et turpitudo notior sit quam putes
sed dicere musant. Scio inquam nullum doctum et bonis
artibus eruditum virum bononie esse cum tua improbitas
et turpitudo notior sit quam putes: sed dicere musant. Scio igitur
nullum probum doctum et bonis artibus eruditum vel civem
in ea esse civitate: qui me non diligat te oderit de me
non bene sentiat de te pessime opinetur et loquatur: qui
me non laude dignum te omni execratione dignissimum
iudicet: qui mea scripta non commendet: tua ut insulsi
atque infantis pedagoguli verba aspernetur. Quod autem princi-
pem tuum nominas et citas ut tui iudicii testem si cardi-
nalem intelligis facis nequiter et perverse qui nimis domestice
de eo loquaris: qui virum omni laude prestantem nomines
in tam spurca epistola cui tam falsum iudicium ascribas. Quid
enim opus fuit ignavia pecus tui testimonio principis uti. An
verebaris ne crederetur verbis tanti poete: nisi illius adiiceres
auctoritatem. Num dubitabas ne tue insane dicacitati fides
haberetur nisi tuam nequitiam et mendacem sententiam
summi illius viri auctoritate confirmares: quem existimo te in
hac laude principis plane mentiri. Scio ego bonos viros
raro malos laudare solere: rarius vero a malis bonos lau-
dari consuetum. Est tamen cuiusque iudicium liberum ut quod velit
sentiat et loquatur et ut laudandi et detrahendi habeat fa-
cultatem. Inventus est quondam qui dionisium pessimum
Sicilie tyrannum laudaret: platonem vero vituperaret quamvis
ab omnibus vir sanctissimus haberetur: neque tamen aut laus
aliqua dionisium secuta est ex illius scriptione aut ulla vitu-
peratio adhesit platoni. Sed vellem scire qui sunt doctissimi
viri tue sententie comprobatores ex quo ordine: ex qua digni-
tate: ut sciamus quantum sit eis credendum tu unus ex illis
esse non potes cuius iudicium corruptius est quam egrotantis gustus:

cui omnia ualitudini aduersa placent. Tu egroto uel stulto
potius similis neque de litteris neque de eloquentia neque de ulla doctrina
sententiam ueram ferres: Sic ut aiunt mel discerneres ab
aceto. Nam quod me eneruem et exossem appellas iam efficiam
ut intelligas mihi et ossa superesse et neruos: non tamen eos cuiusce
modi palpare consueuisti. Preterea multa a te male dicta
que prioribus adiungis ut fugiam legentium satietatem hec
solum retuli non ut aliquid extimarem fetentis exoleti et
iactabundi nebulonis uerba insulsa: sed ut plane uideas te
stultissimum nequissimum petulantissimum mendacissi
mum esse qui in accusationis tue prohemio in excusationem
manifesti criminis et errati tui scripseris me nullis tuis
contumelijs prouocatum nullis lacessitum iniurijs: sed
semper a te omni genere laudis honoris predicationis ho
nestatum in te inuehere et acerrimis morsibus dilacerare ac
proscindere et te de me bene meritum maledicendi arte insecta
ri: quantum rerum testimonium in testem affers epistolam
meam: ne cui dubium sit te palam mentiri et mendaciorum
ac temeritatis artificium a te esse depromptum. Nam tua epistola
o luctuose procelle multis mensibus antea scripta est quam ego me
am ad te misi. Recognosce uesana ac furens belua si quis est
in te sani hominis sensus: utrum mea epistola te persequatur
et exterminet ut mendacissime scribis insolens et exolate,
an uerum professa te moneat errati tui. Dixi primum dele
ctari te laudibus Vallensis: nulla in hac a me lesus es: uerum
enim et quod tute ipse fateris protuli. necesse tamen est ut eius
laudes libenter audias in quo laudando es preter modum profusis
simus. Dixi tibi insuper portento amicitiam esse: quod uerissimum
simum et tu ingenue concedis: neque id preter consuetudinem
uidetur. Scimus enim stultum insipientem: scelestum facino
roso insanum demente: furcam maledico: lasciuum petulante
mendacem falaci et mentienti delectari solere. qua in sen
tentia si te deprehensum uides culpa tua est qui ab adolescentia

hesisti in dorei uitiorum stultissimi preceptoris Moruum quod te ad
comprimendam stultitiam scribendi in quam mihi uidebare
prolapsus studio defendendi hominis tui amantissimi: neque
hoc non sanum consilium fuit si non homini penitus insano
datum esset. Dixi reliqua que turpe refers in quibus nulla
excruciatio aut dilaniatio uersatur sed summa modestia ultra
quam deceat insaniam impudentiam temeritatem iactantiam
insulsissimi ganeonis. Extollis multis uirtutibus Callam
tuum iam non modeste fero tibi militie illius tuendas
partes suscepisse cuius in castris pudicitiam perdidisti. Laudetis
uos inuicem quantum libet aliorum quam uestre nepharie detes-
tandeque factionis de tua ac illius facinorosa uita moribus
literis integrum iudicium erit. Non enim plebecula cuius
rumores captas, non stulti quorum patrocinio tamquam caniculus
ad hostium domini latens latras, non indocti quorum iudicio
te commendas. Non improbi perditi nepharij inter quos principa-
patum tenes. non principes quorum sententie magis aliquando
ferende quam probande sunt: sed uiri docti graues, eruditi,
prudentes maturi de nobis absque ulla inuidia iudicabunt.
Ad hos tuam uitam, scripta mores improbitatem lasciuiamque
maledicta iudicanda relinquo. A me quidem tua conuitia
tanti sunt quanti sunt uerba conuiciatoris inquinatissi-
mi dicabulique nebulonis omni digni supplicio extimanda. Huiusmodi
enim in re uoces tue prophane tam ad iurgia et contume-
liam prompte distare uidentur a sonitibus peditantis aselli
quos saltando rugiendoque edere consueuit. Cur inquiet
forsam aliquis, non eius conuitia contempsisti? Nihil de me
sum locutus quo me purgem a criminibus tuis. tuam impro-
bitatem stultitiam, mendatia nota esse uolui, Simul ut
ostendam me non ita exossatum ut nepharius pusio existi-
mare uidetur. Post multa que mihi obicis uilissime tabulla
in oratione tua: quam ut rem dignam laude diuulgasti et
illud addidisti me rome in regia pontificis maximi spectantibus

clarissimis uiris atque adeo omni curia presente in te impetum
fecisse: atque a te priscianum extorquere uoluisse: et id primum
dissimulasse uel potius fassum neque amicitie signum fuisse. O dii
boni quanta scelerum est conscientia que diutius latere non
possunt. Desunt tibi uera crimina ad accusandum et necesse
sit falsam aliquam sedem mendaciis exquisisse. Sed o demens
furcifer quo animo ea scribere audes in quibus plane mentiris.
Nunc demum uideo tibi lauream poeticam ad fingenda cri-
mina admodum profuisse Magna uis est profecto ueritatis
que latet aliquando improborum fallaciis sub obscura diutius tamen
nequit latere. Et licet sepius multis sit inuolucris oppressa:
emergit tamen aliquando scaturiens et in publicum etiam nobis inuitis
prodit. o petulans latrunculare o monstrum herculea claua dignum
non erubescis furcifer omni pudore uacuus Non enim pudor
ullus esse potest in corpore ad omnium libidines prostituto. sed
non saltem tremor aut timor aliquis cohibuit mendacem
mentem furacem animum ad tam manifestum mendacium
confingendum. o immundum scelus qui hunc recognosce. recognosce
inquam meum mendax exolete furtum a te commissum et me offi-
cii si potes accusa. oblitus eram et furti et sceleris tui audax et
impudens scortum abierat e memoria turpe scelus a te patratum.
Non enim tantum otium mihi est a rebus meis ut terentia-
nus ille chremes ait: ut aliena curem que nihil ad me attinent.
Sed tu cautus et prudens ut in tuis uirtutibus enumerandis
mihi materiam suppeditares ea refricasti quorum omnino
fueram oblitus: ut omnes intelligerent quibus primitiis
uirtutum tue adolescentie ieceris fundamenta. Iohannes de
saxo ferrato amicus meus contribulis tuus Eugenii pontifi-
cis tempore ut opinor ad me scripsit se tibi olim cum domi pue-
rulus esses priscianum suum legendo mutuo dedisse non ut illius
fur esses: sed ut ex eo doctrinam aliquam haurire. At tu doctrinam
omnem in furtum nequissimum contulisti: et eum qui
librum suum tue fidei concrediderat per summam fraudem elusisti:

fidemq; datam abnegasti. Nunquid a prisciano perceperas
rem creditam falso ee sibi eripiendam: Nunquid in eo di-
diceras tuam adolescentiam hoc furti scelere nobilitandaz:
Jam cognosco laureolam illam foliis stercore inquinatis
te eum reddidisse qui uir malus / orator peior / poeta
pessimus impudens furunculus uidereris. Quis unquam
adeo insignis stultiae fuit: qui rem turpissimam iam
obliuione sepultam in suam ignominiam atq; infamiã
reseraret: ut sui scelus suam perfidiam suam impudẽciaz
detegeret animaduerte perfide pusio turpitudinem tuam:
et qua sis dignus laudẽ considera Rogauit me per epistolaz
Johanes ut te hortarer: ut sibi restitueres priscianum quez
amplius quadriennium per iniuriam tenebas: id tibi si persua-
derem mea se opera illum: recuperaturum professus est. Ego
de te quem antea non uideram quidem nescio quem obiectũ
pusiunculũ Nondum enim mihi aut alicui docto aut
probo homini notus eras cum in pallacio eẽm pontificis prĩu
etatus: Ubi te conueni lrãs iohanis exposui: rogaui ut boni
adolescentis officio fungereris Suasi librum restituendũ
eẽ pro tempore expalluisti paulum titubansq; uerbis intertes
et ambagem furto querentibus non negasti eum librum
tibi creditum fuisse: sed uelle te de ea re ad prẽm referre: pau-
cas post diebus me compellans ais aprẽ tibi rescriptum nescio
quas pecunias aprẽ Johanis eẽ debitas propterea librum ne
restitueres Rescribo hec Johani. Ille uero persancte leges iurat nihil
tuo pr̃i a se aut a parente deberi / confictam eẽ fabellam huius-
modi ad habendum librum Denuo tecum loquor dixiq; scri-
pserat iohanes / addensq; tuus honor et fides postulare uide-
batur: monui ne amicum falleres: boni uiri eẽ rem sue
fidei creditam restituere. si quid patri deberetur iure agere
oportere tu elato capite cohortatione mea offensus ac tãti
uerba mea quanti fidem tuam faciens abisti causa furti ĩ
parentem reiecta Deum testor neq; antea neq; postea tecũ

me fuisse.

me fuisse locutum Nam cum te perstantem in p(er)fidia uidi et tam confidenter amicum fallere deploratum ingenium existimaui et malis moribus imbutum hic est ille impetus im(m)a(n)is quem inte(r) me arguis fecisse hic est cetus clarissimorum uiror(um) quem falso confingis ad contegendum tuu(m) maxima dere ac periculosa apud aliquē imanez tyranum ac non apud abiectum contemptumq(ue) pusiunculum acturus erāz ut magno foret opus impetu: ut cetus clarissimorum uirorū aduocandus eēt et tota romana curia expectanda debebas addere me cum lictoribus aduenisse ut te tamq(uam) furti reū co(m)p(re)henderem: non enim alio nomine appellari pot(est) / naz si furtū est ut prudentes uolunt rei aliene domino iuito contrectatio hoc tuum facinus indignum non solum furtuz sed latrocinium dici pot(est): neq(ue) t(ame)n ab inuito sed renitente reclamante reposcente accusante domino subreptum. Et uero ais signū amiciae n(on) ēē illud non diffiteor sed falso fuisse: quam tu falsa: que nunquam inita fuerit dicas amiciciam penitus ignoro. Nunquam enim ne dum amicus sed ne uel parum quidez notus mihi fuisti: tecum nisi bis p(er)scrutari reddendi c(aus)a sum locutus Statim enim cum te aspexi tam ī eo furto impudentez nescio quod portentum insanū subinuidum iactabūdūz uisus sum uidere incedebas enim facie pallidula capillis passis hircum olentibus: elata fronte pectore porrecto habitu subtristi: ut ip(s)o aspectu elationez iactanciam fastidium inuidiam pompulam quandā demencie similem pre te ferre uideretis. Quod uero sup(er)ioribus est impudentius ais in eadem cenosa oraciuncula huiusmodi referta mendatijs fuisse me iam pridem in p(rese)n(ti)am tuum dum p(re)tor esset Tulerti de barchatu o pessime rabula o corpus sceleribus fetens et ad omnem turpitudinem uulgatum: Lutulenta laurea foliis marcidis nidore pessimo mentem tuam ad confingenda mendacia excitauit Agas imp(er)atori gracias ingentes (scilicet) qui tue insanie debachandi fugendiq(ue) licenciam subministraeris pro poesi mendatijs

inane pectus resecesit locutus sum olim cum patre tuo huiaitē
cum illac iter facerem postulans ut quendam mulionem ab
iniuria prohiberet, quod ille quia iusta petebam perbenigne respon-
dit se effecturum cum romam redissem, egi cum pontifice,
quia pretor magis nescio an lucello quam iustitie deditus erat,
pro illius liberatione: quo tempore pater tuus litteris mihi signi-
ficauit se mihi in eo quod rogaram obsecutum. Tu parasitaster in-
munde uesania plenus mente fureris, animo debacharis corpore
phanaticum oles. erubesce furcifer librorum expilator mendaciorum
contextor, bonorum detractor rabula infantissime mentiendi
artem pro boni uiri officio suscepisse: tu tibi mendaciis que
aduersum me confingis famam et gloriam queris aselle pe-
diculose: tu te ex mea infamia putas etatis commendationem
consecuturum dabo operam ut non fallacibus: sed ueris laudi-
bus exorneris: ut me satis ossatum squamosumque cognoscas:
quamquam fatebor enim neruosior in te satis Valla tuus fuit:
quem tu tamen eneruem breui tempore peruersa consuetudine
reddidisti. Quae tibi et laudis ac fame tuende curam esse di-
cis iactator inanissime: que aut tua fama aut laus est: qui
etiam parentibus es et domesticis ignotus. Credo te Cycero-
nis gloriam demosthenis laudem. uirgilii famam: honorem
Titi liuii assecutum ob dedecus tui nominis sempiternum
Tu si tibi ulla uirtutis: quam ab ineunte ab adolescentia tua ait casti
aut laudis alicuius quam semper contempsisti cura fuisset,
tot uitiis tot que flagitiis tot sceleribus inquinasses: quis solus
preceptorem tuum stultitia inuidia detrahendi ac male-
dicendi exercitatio pessime agendi licentia superasti: quem
dum tueri uis et sua flagitia tegere te ipsum omni pudoris
atque honestatis ueste spoliatum reddidisti imitatus muliere-
culam quandam: que cum foris de improuiso nudo capite
exisset dum caput indumentis a posteriori parte sumptis
tegere uoluit, culum detexit longam ac mendaciorum
uerborum turpium seriem contra me commentus es: ut

non frustra laurentij discipulus fuisse uidearis: ut postea quem
bonis ignotus es: te scelestum rabulam scurram prunicacem pe
diculum fetentem cimicem omnibus ostentarem Et tu nepha
rie pusio tibi fame curam esse dicis: Risi profecto cum laurentij tui
laudes complecteris longo insulsoque sermone in prima illa tua
uomitu mercenaria: ut illi cui corpus infame per summum
dedecus subdidisti etiam mente atque animum turpissimo ob
sequio abdicares uisus es mihi in hac tua inani uerborum
magniloquencia unus ex personatis illis qui alieno ornatu in
scenam prodire solent Tutari uult infamis exoletus famam
suam laudem et gloriam magnifacit iam uobis uirgilius
alter ex illis putidis lauri folijs tanquam mures ex putredine
solent exortus est qui gloria ipsum uincat homerum et in uir
gilij ipsius nomen surrepat. Quis crederet huic asello phebeo spiri
tu uesano tante cure laudem et gloriam esse ut omnia agat
que spectent ad ignominiam et infamiam adipiscendam.
Que uero gloria esse in infami exoleto mercenario cada
ue uitiorum pessima officina: At forsan laurea illa pre
cibus et importunitate alteriusque intercessione parta aliquid
laudis insano capiti afferre potest: An illam dicunt nidore
essam carnis oletam mures una cum cerebro corrosisse.
Quid autem inte famam dicemus esse infausto genio ma
lis moribus inuidia natura proflagita ad omne scelus uita
natum o latrunculi detestande tu a me scribere audes te
per summum scelus lacerari uexari opprimi: Hec aliorum
opera extiterunt: qui tuum corpusculum ad omnem
turpitudinem promptum uexarunt atque oppresserunt.
Mea uero scripta inquio te non solum non lacerarunt: sed
cuiusque paulo equi iudicis mentem offendere potuissent.
Non fuisti solum laurentij defenssor et amicus sed meri accu
sator detractor oppugnator hostis acerrimus: neque ego
in te sum inuectus. pluribus enim uerbis alia dicendi copia
alia tui oppugnandi ratione usus essem. Sed te monui

ut non tam protacem tam improbum tam mendacem tam
stultum te prebere. At tu e uestigio quid iam antea partu-
rierat animus peperisti, euomuisti: o pecus obiectissima tanquam
canis crapulam indigestam, et cum uera deessent crimina,
laureole tue ab fingendum auxilium implorasti. profun-
disti in me uerborum turpitudinem iam antea meditatam
non que me lederet: sed latrunculi impudentissimi ac uilis-
simi scorti mores uitam animum, instituta representaret.
Recte sane in te conuenit preclara socratis sententia. qui cum
audisset quendam se maledictis incessere ait bene illum loqui
non didicisse. sed non sum ego primus nephariorum inuidia
a conuitio lacessitus. Non nec primum uirtus infectatores
atque emulos habet antiquum est hoc uitium: ut boni amalis,
sapientes a stultis, casti a peruersis, modesti a turpibus insidias
et maledicta paterentur. Socrates apolinis iuditio uir sa-
pientissimus iudicatus: multorum conuitia et contumelias
passus est. Adeoque emulantium obtrectatio potuit ut ab im-
piis iudicibus damnaretur. Plato atque aristotiles emulos
habuerunt. Marcum ciceronem multi calupniati sunt neque
eius summa eloquentia et uirtus maliuolorum effugit dica-
citatem. Virgilium quoque carmen a pluribus est improbatum
Terentii prologi nil aliud agunt nisi ut eorum respondeant
maledictis quorum conuitio lacessebatur. Vir sanctissimus
ac doctissimus beatus Hyeronimus semper in suorum operum
prohemiis detractationibus respondere coactus est. at omnium
uirtus et sapientia eloquentium detractorum inuidorum
dicacitatem et maliuolentiam superauit cum in luce uersentur
clarissima alii cum suis uitiis intenebris et in umbra mortis
atque in obscuro sepulti iacent. Nunquam uirtus emulatione
caruit et inuidia malorum, nullus unquam inuidit neque detraxit
improbos. Quanti a me sis immunde in stercore fedissimi ui-
cii uolutate fieri existimas uoces tuas? quo ad me uero
attinet, Id tibi respondebo quod socratem legi respondisse. Nam

cum illum quispiam tui similis verbis petulans lacessisset. Dicenti
cuidam Nonne ille tibi maledicit? non inquit mihi enim
ista non assunt. Aristoteles quoque cum audisset maledictis
se a quodam lacessitum, absentem etiam verberet inquit. Alti
preterea qui ineum proba convicerat dicenti Num satis te
obtuli. Non tibi animum intendit ait. Idem a me tibi
de tuis contumeliis et conviciis sit responsum. Scio iacula
quedam levia et minime acuta debili contorta manu in me
emissa: sed longo intervallo ad me minime pervenerunt.
Quid enim extimande sunt eius contumelie? cui corporis
questus plus contulit quam doctrina. Cuius etatis dedecus tantam
dementiam concessit ut non credas tua flagitia pessime pusio
nota esse? Arretinenses cum prioris tum presentis etatis tue dedecora
latere. Scio quid tibi animum prebeat ad obloquendum. Scio
cito ablaturos annos hanc tantam insane mentis arrogantiam:
et barba crescente mihi crede decresceret audacia. Apertius si fuit
opus loquari: qua tua stultitia vel potius confidentia tam sor-
dide contra me scripsisti? excutiam hanc tuam inanem iacta-
tiam tumoremque beluinum: adeo ut intelligas aliud in cu-
biculo muliercula lasciviam et iactabundam aliud in acie
virum esse. Tu more canis Atriensis qui in presidio domini
confidit in prelium alterius fretus viribus cum omnibus tuis
copiis descendi reserasti lingua dolosa unico mercato armamen-
tarium domestice turpitudinis ac vulgate improbitatis: et
ut pauperculi tenui censu parvula impensa evacuant bur-
sam suam: sic tu homo levissime ad primum congressum omni
tuo apparatu omnibus viribus effusis bellum impium mo-
visti! Exposuisti unico edicto arcellam inmunde tue suppe-
lectilis evomuisti crapulam ex crudelitate stomachi diutius
retentam ad purgandum cerebrum insania pro elleboro usus.
Dixisti me furere debacchari vexare te lacerare persequi ar-
gumentum horum verborum sumens ex mea epistola que
humanissima fuit. Quid nec inquies fetida pecus cum legeris

hec in tuam laudem scripta et quidem quam antea copiosius:
ad que uerba confugisti: quid finges amplius: noua nempe
uocabula exquiras oportet: ut aliquid addas superioribus. no-
uellam dicendi artem mediteris licet, aut laurentii uel alterius
auxilia implores Ego paulo quam tu salsior non educam meas
omnes in primam aciem copias, multa mihi aduersus te
et in secundo et in tertio si fuerit opus prelio reseruaui. Singulis
firmioribus utar presidiis neque cuiusquam neque principis uel
priuati auctoritatem perhorrescam. non utar uerbis inanibus
sed exemplis: non argumentis dubiis sed testibus firmissimis
res agetur Non opinione: sed certis criminibus ac flagitiosis-
simum spurcissimum inquinatissimum esse conuincam. Quod uero
me in uerbis latinis corripuisti: ostendisti te uere laurentii disci-
pulum semper de uerbulis insulsissime disputantis non conten-
dam tecum pedagogulo insulso, inepto garriente conuitiatore,
Mihi enim obprobrio: si cum exoleto latrunculo, infami turpi,
flagitioso, sine pudore sine naso similibus disputatiunculis cer-
tarem: quas ego caeteris doctoribus relinquo iudicandas Reclu-
sam stultitiam a me dictum culpasti. Et clausam dici oportuis-
se ais. Ego id dixi quod sciebam te esse facturum. Nam si te
monuissem ut inclusam stultitiam teneres: tu meo consilio mi-
nime paruisses: id ergo uerbum protuli in quo mihi magis
esses optemperaturus. Id ego uolui ut tuam dementiam ac stulti-
tiam populares in quo tu mihi optime morem gessisti. Sed quod
tu me reprehendis insane fuit pusio: dictaui subito epistolam
cum plures adessent, non scripsi. aie scribentis erratum in me
congeris demens tabula. Sed hec parui duco Nam quod scribis te
uigessimum etatis annum agere; nulla mihi tue etatis uel
improbitatis cura est. Ad eam illi animum aduertant in ea
se speculentur quorum libidini etatem flagitiosissimam addixisti.
Voluisti ut opinor cum etate adolescentem te dicerem ostendere
quam esses uiciis pessimus ueterator existimasti ea ratione homines
summam tuam eloquentiam miraturos sed magis opera mea

illustris fies q̄ tua turpi dicacitate alii adolescentiam suam aliq̄
uirtutis commendatione predicari querunt. tu tuam insignem fla-
gitio maculasti Alii probitate aliqua uiam sibi muniunt ad
honores: tu illam p̄fide pusio p artem meretriciam muniuisti.
Ceteri aliquem sibi gradum procurant ad gloriam comparandā:
tu tibi summam infamiam turpi flagitio questuq; corporis ne-
phario preparasti Alii dando et largiendo sibi amicos parant:
tu fur nequissime rapiendo fundoq; tibi ex amico inimicum
reddidisti: neq; pluris amicitiam honorem et laudem fecisti
q̄m corpus feceris impudicum. Ita est profecto Non possunt ab
infantia p̄cepti mores cumq; annis corroborati facili opera aboleri,
necesse est ut uerba sint animi internuntia: ut lingua sit mētis
interpres quid te adegit futilis asele ut contra me inanem insulsaq;
tua loquacitate desiperes: nisi conclamati ingenii desperatio et extre-
me uestigia expressa dementie: Quoniam uero lauree dignitate
fultus adeo nobis insolens euasisti existimans tuum nomen
late p omnes gentes uulgatum eē: nequaquam omnino erras di-
uulgata est profecto tua insania inter multos: qui tibi stulti-
ae ignorantie temeritatis/impudencie palmam tradunt Quid
tibi negocii est insulsa belua cum laurea corona: Utrum quia poeta
es illa est tibi tradita: an quod orator: an quia neuter: primum ora
tores nulla corona donabatur Si poetam te dicis Velim scire
quid genus poesis usurpes: non heroicum opinor Nullum enim
uersum uel insulsum adhuc edidisti: neq; tragedum aut come-
dum aut liricum de repente laureole beneficio te factum dicere
audebis cum nullum ex eiusmodi poetis uideamus ad huc
te legisse. Scio quid ages Satiricum te eē profiteberis propter hāc
tuam preclaram orationem. Sed alia corona capiti tuo ea gratia
imponetur. Circumdabimus illud pelle fetentis hirci qui uer-
bis et moribus tuis sit precipue accomodatus. Sed qua oro te
ex causa lauream assumpsisti uix latinas literas doctus īmun-
dissime cathamita: Nunquid quempiam in uersuū certamīe
aliquo superasti: Nihil minus. Mos enim fuit antiquis ut

in certamine uersuum corona daretur. Numquid ergo uictor
in aliqua contentione carminum euasisti? ne id quidem
dices: quamuis sis impudentissimus. Que igitur ratio
hominem latine lingue ignarum poesis indoctum: eloquen-
tie inscium ad laureandum te uel ad laruandum potius mo-
uit? Existimo cum capiti pediculoso coronam imponeret im-
perator uenisse in mentem illorum uersuum: quibus uirgilius
in sua utitur priapea. Me rude lignum uilicus dolauit et
dixit mihi tu priapus esto. Eo pacto cum doctus an rudis
esses iudicium ille ferre non posset, dixisse puto Nicolae puicte
et stultitia perdite poeta esto. Ut uero priapo contingit si uersus
oratii forsam legisti olim truncus eram ficulnus inutile lignum
Cum faber incertus scamnum faceret ne priapum: Maluit
esse deum: deus inde ego. Ita tibi accidisse procul dubio putandum
est, cum esses truncus querneus ad nullum nisi ignis usum
utilis e uestigio poetam te ex stulto tamquam priapum ex ligno inutili
euasisse. At inquies laurea sum potitus? non doctrine que in
te nulla erat: sed impudentie que fuit in te nulla erat maxima
personata illa insignia data sunt. Numquid parua tua hec demen-
tia censenda est qui id cogitaris appeteris quesieris omni fas-
tidio et importunitate eflagitaris quod dementie potius signa
inuiteret quam doctrine sed que est queso poesis tua? ubi inuenta:
ubi parta? quo studio: quo usu: quo exercitio: quibus uersibus
quesita. Quod autem tuum certamen fuit? exoletorumne:
an pediculorum? an muscarum: an pulicum. que tibi
uigilandi materiam subministrarunt. Quid autem oro te lin-
gua maledicta de corona illa fiet: quo in sacrario: quo in templo
eam collocabimus ad ignominiam tue impudentie sempiter-
nam circumdabis eam si mihi credes pro subligaculo aselli cau-
de quo a balista ligno non offendantur posteriora tui simillimi
animalis. Ita facies si nouit prudentiam tuam ut crepitibus
stercoreque eius pro arabicis odoribus uati nouello sacra fiat:
quamquam si recte sapies. ad parnasum montem proficiscens

musarum patrocinio novellam procurabis lauream reiecta
illa quam tanto dedecore postulasti ~~tulisti~~ Sed idem tibi con-
tulit corona illa p summum dedecus recepta quod olim asse-
cutus est ponthichus heraclides qui fame patriam premē-
te quesito ab apoline remedio theoros pythiamq corrupit
ut dicerent famam cessaturam, si heraclidem uiuum antea
corona honorassent: sicq ut heroem colerent: quod cum ī
theatro fecissent ille in insaniam est conuersus hoc idez t
accidisse uidemus cuius caput fanaticum reddens laurea mē-
tem debilitauit: inq insaniam conuertit: tuisq uiciis pbuit
auctoramentum. Quid enim illa tibi contulit preter demen-
ciam infamiam et omnium gencium derisionem. Nunqd
tu ex ea doctrina aliqua actus es? Non audebis id prologui.
Nū ūtutem ullam in te congessit? at peior q̄ eras antea et sce-
lestior euasisti. Nū saltem gloriolam aliquam? at tu ex ea tā
petulanti improbaq postulacione, temerarij, audacis, psūptuo-
si, arrogantis nomen contraxisti. Quid igitur te impulit sce-
lestissimum pusionem ad extorquendam ab indocto, inuito, re-
pugnante omni importunitate lauream? nisi ut operam tuā
meritoriam carius uenditares abi in malam crucē uir linguo-
se et cum eius similibus disce loqui parte uerborum turpitu-
dini: quamuis sis turpissimus, abstine a bonorum uirorum
detractione q̄uis sis bonorum omnium hostis Dedisce tui p-
ceptoris scienciam a te peeptam cum te nepharium, infidū,
impurum maledicum reddiderit ac mendacem ego tuam
magistri tui scoleq omnis uere, pfidiam, amiciciam, sceleratū
consorcium ac noticiam penitus recuso scio bonos a malis non
solere laudari: nullamq probis uiris et honestis cum nepharijs
ac sceleratis ēē animi coniunctionem. Non enim una laus et
ignominia uicium et uirtus, honestas et turpe cohabitare pos-
sunt. Mihi a te laudari summe foret turpitudini Antistenes cū
aliquo a malis laudaretur, Magno inquid merore crucior: ne
forsam mali quippiam fecerim. Nil enim nisi dedecus in se

continet sceleratorum laudacio. Tam turpe sit tibi Senecha inquit laudari a turpibus q̃ ēē turpem Malo in me maledicam linguam exerceas q̃m ab infami corpore a teterrimo monstro a celesto latrū-culo in me laus ulla pferatur. Nam que uera laus ab eo qui sit in turpissimo questu corporis uersatus meritorio exercacio infamis latrunculus prodire potest Necesse est enim cum sis omī uicio dedecore scelere profligatissimus nihil a tam detestanda mente nisi fedum turpe maledicum flagiciosum proficiscatur. Ceteri quidem prouerbio Cas uini quo primum refertum est diutius odorem solet seruare Respondi insulsissime falsissimeq; tue accusacioni longiori q̃ uellem sermone: sed breuius quam tua indignitas postularet. Primum in eo quo me dicis ut tue maledicencie aliquam iustā causam preferas a te omni gn̄e honoris laudis predicacionis fuisse cohonestatum conuicī ex tuis lr̄is ad baptistam ante meam epistolam quam ita acriter accusas: scriptis planissime mentiri: q̃m in ea tamq̃m rabidus canis expositus atq; infamis adolescens latras. Dixi nulla in re uiolatam fuisse a me amiciciam n̄eam: quippe cum nulla nedum amicicia: sed ne uel parua quidem consuetudo mihi unq̃ fuerit tecum infami turpi prostitutoq; exoleto Confutaui temeritatem tuam in tuendo furtum a te comissum cum te honesti officij accusasses q̄ te hortatus sim absq; ullo ut somnias impetu: neq; pn̄te ut nequiter fingis curia romanan: sed te solum ad p̄sicianum quem inique obtuleras restituendum. Ostendi mihi cum patre tuo nullaz fuisse ut stulte garris uel paruulam uerborum concertacionē pallam fecā epistolam ad te uexa meam qua te uexatum laceratum exterminatum mendaciter et inane fingis mitiorē fuisse et humaniorem: quam tua stulta mordacitas requireret Mostraui nulla in re te lesum fuisse a me: sed tantūmodo admonitum ut maledicencia abstineres: nec ullam causam tibi a me prebitam cur tam mendax tam loquax uidere cur tam impuro tam sordido ore tam fanatica mente contra me fureres. Ex quibus nemini dubium ēē potest naturam tuam ad me lacessēd

maledictis his motum fuisse plusquam apud te ualuisse impro-
bam naturam et mores corruptos tuoque preceptori gratificandi
uoluntatem quam ullam aut te defendendi aut mihi detra-
hendi rationem. Conceperas enim ex impressa in omnes bonos
inuidia contra me odium pestiferum quod primum illa epis-
tola spurcissima tum oraciuncula insolentissima ac mendacis-
sima uomitasti. Laudaui gratitudinem tuam quod eius loci cui
te quondam subieceras: nunc robustior nec immemor prestani
usus uolueris tamquam bonus lanista prodire in campum
quo uestra contra me conspiratio ualidior redderetur. Postremo
laureolam tuam ex qua tantum poetice dignitatis auspisti ut
nullam eius partem uel paulum degustaris Lauream in qua
tanto labore, sudore, studio, tantis meritis partam palam fecit
te ad dementiam redegisse et ex hospite hostem musarum te esse
factum. Que omnia nullam in deffensione que mihi obiectas
scripsi non enim predicantis asini non uerba sed latratus me uel
paulum mouent. Sed ut et princeps tuus quem in epistola satis
insulse nominasti et reliqui doctissimi uiri quos tibi assentiri
dicis mea opera intelligant quam male habitent malum
ingenium Nicholay corrupti et insani: qui mentem flagitiis
animum dedecori: etatem infamie, corpus questui turpissimo
dedicauit: cuius annos in libidine uersatos aes scorti meritorii
et perditum uile corporis exercicium nobilitauit qui nomen
suum non pluris quam pudorem et pudiciciam fecit cui ad hanc
diem non cum doctis sed cum exoletis ac emissariis perditisque homi-
nibus frequens usus et consuetudo fuit: a quo et maledicendi
et peius agendi exercitacio a suo magistro precepta habunde
satis est amplificata. Quid ad hec monstrum nephandissi-
mum respondebis? negabisque tuam insulsam garrulitatem
mendaciorum esse sentinam et artem inanes: imbecilles, fraudulentas
latrandi contra me causas esse quesitas. At tua met scripta impure
belluo te mentientem falsum, uanum, perfidum esse conuincunt
Audebis negare te furem esse? At priscianus ablatus sepe iniuriam

detineri clamitat / tu ipse rem ablatam confiteris Johanes te accusat furti. Inficias ibis exoletum te prostitutum pusionem impurum? At omnes qui te norunt sed dicere musant / uulgare scortum pessimo uicio inquinatissimum confirmant: cuius male olens cenum adeo longe lateque fetet ut florentiam usque peruenerit feddissimus odor longe adolescentie tue. Num te non stultum dementemque ac ridiculum dices? At laurea illa fanatico capiti impositam se queritur: teque ut uesanum temerarium / ridiculum / infamem proteruum omniumque increpacitem damnat. Quid ages igitur inutilis stipes atque in ignem proiciendus? quo te uertes? Aduoca tuorum presidium emissariorum / consule tue impudicicie emptores. Implora auxilium tui Valle. roga ut pristini obsequii recordetur. Doctissimus est iudicio tuo Ingentem tibi uerborum copiam suppeditabit quorum est optimus architectus lege suas in elegancias disces de uerbulis disputare Non indoctus esse non poteris: neque adeo inelegans ad dicendum abi igitur Abi igitur perditissime uite animal impurum in malam rem et ad barbaros migra ut hoc seculum rem infami prodigo purges:

[illegible] gra [illegible]

Stanis Stanislaus [illegible] Gotus manu

[illegible]

Stanislaus [illegible] Nazarenus

[illegible]

baccalarij de Cracovia Stanislaus Gotus [illegible] gra Salutem plurimam Salutem quam plurimam

[illegible]

Salutem In domino [illegible]

Nobilis dome nicolae frater mi dilecte

Munera ne poscas dat munera [illegible] amator [illegible]
ut tenear [illegible] frigida membra [illegible]

Munera ne poscas dat munere

Munera [illegible]

Qui terram

Qui Terram portas mare portas sidera
In luctu fides In convivio luges
Mane petis lectum vespere petis Tectu
debeat Insequi sententia dicitur Illud
Cui satis quod habet nil Illum constat
Habere [illegible] facit virtus no copia [illegible]
Et nos paupertas sed montis [illegible] legente

[illegible]

Nobilis [illegible]

[illegible]

Ubi [illegible] [illegible]

Cum bono bonus eris et cum
perverso perverteris [illegible]

Maria virgo pia intercede
[illegible] ora pro nobis

Maria mater gratie

Gaudeat angelus

Gaudeant angeli qui
mortuus est illa
Vir bonus Andreas qui
capiebat [illegible]

Gaudeant angeli [illegible]
Vir bonus Andreas qui capiebat [illegible]

III

Terra natura est sphaerica [illegible]
[illegible] ad illa [illegible]
terra natura tendit [illegible]
constituunt partes terre natura
mota ad medium ablate
impedimento [illegible] partes
constituunt [illegible] sphericam
[illegible] ipsa terra [illegible]
tendit ad [illegible]

sphericam. Salutem felicitatem

[illegible] in [illegible] [illegible]
stadiorum [illegible]
denis milia [illegible] valent
4 [illegible] milia stadiorum
[illegible] est orta [illegible]
[illegible] ambitus terre
continet 50 milia miliaria
duo miliaria faciunt unam
leucam Et ita circulus
terre continet 25 milia
leucarum

Modernorum astronomi ponunt
terram continere 252 mi
lia stadiorum que valent
circa 15 milia et [illegible]
[illegible] leucas
[illegible] uni gradui celi
supponunt [illegible] stadia
[illegible] 43 leucas
[illegible] 24 stadiis
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Salutem

[illegible] Bonum

[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] Jesus [illegible] Jesus [illegible]

Stani Stanislaus [illegible] Jesus [illegible]

Duplex est [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] boo

Stanislaus [illegible] Jesus Nazarenus
[illegible] differt [illegible] [illegible] tradatur ab [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible]

[illegible] spiritualis incorruptibilis
In celestibus est [illegible] [illegible] in [illegible]
[illegible] [illegible] videt [illegible] est
Est vel formica que [illegible] [illegible]
[illegible] esse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
ut [illegible] [illegible] [illegible]
Est vel [illegible] que [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ab aliis videt

[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Nobis [illegible] [illegible] in [illegible]
[illegible] in [illegible] et [illegible]
[illegible] ego [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] in [illegible] est [illegible]
[illegible] est [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] que [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] que [illegible] [illegible] [illegible] que
ego [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est
[illegible] quod ego [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] in [illegible]
[illegible] quod ego [illegible] [illegible] [illegible] ego [illegible]
[illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ego in [illegible] et in omnibus
[illegible] est [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible]
in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] est [illegible]

vulgare comune comunicabile [illegible]

Europa Asia Affrica

Nobilia dum viridas ... Jesus

Cum bono bonus eris et cum
perverso perverteris ...

Maria virgo pia intercede
... ora pro nobis

Maria ave gratia

Mandeat anguille qui
... est illa
Vir bonus Andreas qui
rapiebat ...

Mandeat anguille qui ...
Vir bonus Andreas qui ... rapiebat ...

Mandeat anguille
qui mortuus est
ille vir bonus
Andreas qui
robat eos

Arma

Dulce

Arma

O maria

Mandeat anguille

O maria

Salamon

a b c d e f g h
i k l m n o p
q r s t u v

Arma virum que cano

plusque ...

[illegible]	f 1[illegible]	[illegible]
[illegible] de Berg[illegible] [illegible]	f 18[illegible]	[illegible]
[illegible]	f 12[illegible]	[illegible]
Guido a Baila de [illegible] [illegible] Laurenti de [illegible] [illegible]	f 9[illegible]	[illegible]
Guid [illegible] [illegible] de [illegible]	f 9[illegible]	[illegible]
Guid [illegible]	f [illegible]	[illegible]
[illegible]	f [illegible]	
[illegible]	f [illegible]	[illegible]
[illegible]	f 1[illegible]	[illegible]
Guido Johannis de [illegible] de [illegible]	f 4[illegible]	[illegible]
[illegible]	f	[illegible]
Guido [illegible]		[illegible]
[illegible]		[illegible]
Guido [illegible]		[illegible]
[illegible] Johannis [illegible]		[illegible]

[illegible]

V